



## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Liber Tertivs De Cvltv Corporis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)



LIBER TERTIVS.  
DE CVLTV CORPORIS.

## CAPVT PRIMVM.

*Animone potius, an Corpori cultus debeat.*

Polychronius, Gerardus.

POLYCHRONIVS.

*Alexand. ab  
Alexandro  
lib. 4. dier.  
gen. cap. 10.*

**P**RO nos diem auspicamur, ad solis occasum, cum priscis Aegyptiis? GER. Quid hoc verbi, Polychroni? num tibi sol brevi obiturus est? mihi vix ortus est. POL. Hoc ajo: Diem hodiernum non hodie, sed heri exoriturus ad solem jam decumbentem. An non hesternus vespere hodierno sermone dedit initium? si quidem uterque de Cultu Corporis nos acturos condiximus. GER. Jam capio, & sic est: lucem hodiernam heri sub noctem inchoavimus, protulit ad Aegyptium ritum. POL. Hoc igitur habemus: Cepimus; ut autem amici finiamus, praemoneo, tuam à me patientiam explorandam variè. Et timeo ne subinde feriam vitalia, & de vivo quid refecem. Sed nosti, Gerarde: Constans nunquam erit, qui non didicerit esse patiens. De Cultu Corporis agere, res tam delicata quam ferri est: quare ne in limine offendamus, & praematurè ferri simus, Deo Fabulino prius hostiam feramus.

Fabula est; quam refert Lactantius, Cererem, cum Proserpinam filiam quaereret, venisse ad Eleusium regem, cuius uxor Meganira puerum peperit Triptoleum, seque nutricem simulasse. Hanc regina libens filio suo recepit. Ceres cum alumnus suum immortalem vellet, interdum lacte divino nutrebat, noctu clavi igne obruebat. Itaque praeterquam soliti erant mortales, crescebat. Cum hoc pater miraretur, nocturno tempore observavit nutricem, & cum Ceres puerum igne perfunderet, pater expavescens & filio metuens exclamavit. Irata illa Eleusium exanimavit, ac Triptolemo alumnus suo aeternum beneficium contulit: fruges ei propagandas & curum draconibus junctum dedit, quibus ille victor orbem terrarum frugibus obsevit. Inest non raro fabulis sapientia. Ficta illa sunt quidem, sed ad docendum, non ad decipiendum, si fictas esse intelligamus. Ego profecto, si hac de re sententiam rogarer, quod Ceres hanc Triptolemo curam fecerit, factum bene, dicerem. Verum equidem est, illud primum quod curetur, occurrere, cui natura ipsa primum suum consecravit laborem. Nam cum animo consensum & corpore, animus aptum sibi domicilium à Natura vult extrui quod occupet. Idcirco natura primam corpori curam exhibet, animo tunc nondum praesenti non potest. At nos incipere debemus, ubi natura desit: divisa operam cum illa habemus, ut siquid illa sedula fuit, fecitque quod debuit instar fidelissimae nutricis, ita nec nos delinimus muneri nostro: corpus illa aptavit animo, nos animum aptemus, ut rectè praesit corpori. Dignior est animus cui serviat, qui imperet, qui colatur. Nam & ab ipso natura Conditor homini datus est tanquam rector. Venit ille ad corpus nudus ab ornamentis omnibus, & suppetias à nobis expostulat, ut ad immortalitatem sublimem illam & beatam crescat & ornetur. Immortalitas nobis cum Cerere curanda, seu lacte sit opus seu igne, siue animus eruditione nutriendus, siue exercendus pietate. Equus rectè sentiens denegabit operam

Tom. I.

A animo, quam corpori non denegat? Magnificum est aulæ principum servitio colere: & cur nos nulla huius servitutis gloria titillat? cur non magni facimus, si magnum servitium praestemus animo? est ille à magno illo Deo verè magnus, & aliquo modo illum refert, ad cuius imaginem conditus est.

§. I.

**N**ihilominus corpus origine sua longè vilissimum, nimium sibi juris tribuit in animum, eodem fere dolo quo usus est Amasis. Hic Aegypti rex factus, ob natales obscuros agrè tolerabatur ab incolis. Maluissent illi vivere sub illustriori domino. Advertit hoc Amasis, & ne qua forte ob id oriretur seditio, cautum voluit erudità calliditate. Pelluvium habebat aureum, ex eo hospitibus vestigia & manus abluebantur, immundumque reddebatur ab immunda aqua: hoc in ignem coniectum conflavit fecitque ex eo statuat, tum in publico tanquam Deum adorandum proposuit. Circumfluxit ingens venerabunda turba, & materiam eandem quam antea ut sordidam cum stomacho aspexerunt, jam oculis attriverunt. Nec diu cunctatus Amasis, advocatà concione hujuscemodi verba fecit: Viri Aegyptii, & qui habitatis regna nostra, quod videtis, etiam noscitis. Pelvis erat antè, receptaculum sordium, oculi vix ferebant nauseabundi, nemo coluit: at verò postquam arte purgatum, & formatum in hanc statuat est, induitque Dei similitudinem; omnibus esse honori cæpit meritissimo. Sic quoque mea nunc vita conditio est. Fui olim unus ex vobis, imò plebisque inferior, & meritò à vobis contemptus: at postquam ornamenta regia suscepi & scepro vestro potitus sum, alius esse cæpi, quod alia gestem insignia. Similis jam sum aliis regibus; in eorum numero jam habere similem, quem alioqui iuste aspernari possentis.

Egregius hic regis sermo, etiam nobis, Gerarde, utilis est, si attendamus. Si animus è facie hac terræ concretus esset, si ex affinitate & cogitatione animorum mortalium prodiret, esset fortasse cur quæretur, esset cur tanquam plebejo denegaremus famularum; sed cum supremi Regis gerat imaginem, omni officiorum genere colendus est. Corpus, quod luto proximà cognatione junctum, pro servo tractandum est. At pæne simile quid contingit corpori nostro, quod Amasis pelluvio. Corpus à natura ad servitutem abjectum est, sed pravi amoris ignis, & nescio quis adscititius vestium splendor illud sic immutat, ut à multis pro Deo habeatur, & in animum dominetur. Sed verissimè dixit ille: Nullos dominari debemus quàm quos ad serviendum natura creasset. GER. Sed antequam, quid corpus sit, explices, quæso quid est animus? quid enim colam hospitem ignotum.

§. II.

**P**OL. Heu quàm multa sunt quæ esse concedimus, quæ & qualia sint, ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio & impellimur & revocamur, omnes fatebuntur: quid tamen sit animus, ille rector dominusque nostri, praeceptorum philosophorum turba nunquam satis expedit. Alius illum dicit esse spiritum, alius concentum quemdam, alius vim divinam & Dei partem, alius tenuissimum aërem, alius incorporalem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animus non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quærat. Empedoclem fero, si negligat culturam animi, quem nihil aliud esse contendit, quàm cordi suffusum sanguinem. Zenoni ignosco, qui animum ignem esse docet, ignis autem colendus non est, nisi fortasse à Persis, qui illum pro Deo habent. Democrito quoque venia danda, si hac in parte hallucinetur, corpusque praeponat animo, quem ex vilissimis atomis conflatum somniat. Pherecrates etiam pacatè vivat, imò hilariter, & cuticulam

M m 2

*Natura primam curam corpori exhibet, nos vero animi operam ut bene praesit corpori.*



cuticulam demulceat. Quid enim ad animum attende-  
ret, qui, ut ipse eum definit, nihil est? At verò nos melius  
& peritius animum noscimus, rem divinam & immor-  
talem, originis nobilissimæ spiritum, & prope Deum in  
humano corpore hospitantem: par igitur erit cum pro  
dignitate colere, corpori autem tanquam servo heilem  
majestatem nunquam induere, aut id in solum attol-  
lere.

Habuit Socrates inter suos discipulum, quem ad-  
vertit horri colendi studiosissimum esse, ceterum in or-  
nandis moribus languere, nec fere quicquam in studiis  
proficere. Ideo aggrediendum sibi hominem ratus:  
Obsecro, inquit, ne hortum habeas cultiorem quam  
animum. Brevis exhortatio, sed seria, & omnium auri-  
bus ingerenda, eorum præcipue qui suos hortos, qui do-  
mos suas, qui sua corpora, qui alia sua omnia colunt po-  
tius quam animum. De quibus jure conquestus Demo-  
sthenes: Stultissimi mortaliū, inquit, omnem sollicitudinem  
suum ponunt, in extruendis aedibus, & hominum, qui aedes illas  
habitaturi, nullam penitus rationem habent. Et quid magis mi-  
reri, quam cum omnes & cupiant optime vivere, & sciant  
non alia re quam animo sic vivi, nec fieri posse, quam si optime  
vixerint, animus colendus sit, tamen animum suum minime co-  
lant. Sunt qui villas opipare extruunt, & domos disti-  
tione exornant, & familias numerosas comparant: sed in  
istis omnibus, in tanta rerum affluentia, nihil est cujus  
illos magis pudeat quam incerti animi. Habent igitur  
omnia cumulat, omnia affluentia, omnia opulenta,  
cultu omnia & ornata præter animum, quem velut alien-  
um & rem non suam negligunt; ea contra quæ aliena  
sunt, inter laudes suas numerant. Et quid, mi homo, de  
bonis non tuis te factas? Nobilis, generosus es? paren-  
tibus age gratias. Dives es? fortunæ non credas. Hono-  
ratus es? ab honorante hoc habes. Validus es? aegritudi-  
ne fatigaberis. Pernix es? abibis in senectutem. Formo-  
sus es? expecta paulisper, & non eris. Animus tibi cultus  
& eruditus est? Hoc tuum est. Hoc enim nec à patre  
hereditarium, nec à casu pendulum, nec à fortunâ mu-  
tuum, nec à suffragio innuunt, nec ab ætate varium, nec  
à corpore caducum est. Hoc à te, hoc verè tuum est.  
Animus cultus proprium cuiusque & revera magnū  
ac solum bonum est. Animus neglectus & incultus, in-  
tima, inhaerens nimis, & verè summa paupertas est.

## §. III.

DE modo colendi animi, ut video, Gerarde, quæsi-  
turus es. An non nudius tertius abundè de hoc  
actum? Conscientiam curare, est animum colere. Hoc  
tu, siue conscientia, siue (quod fortè usitatus) animi  
cultum appelles, permelicer. Sed ut jam de cultu cor-  
poris sermo sit planior, de animo colendo summam  
rem complectar. Ceres etiamnum mihi in animo est.  
Quid fecit illa alarum suum, quem curavit, igne per-  
fudit, ut immortalem redderet. Nec Cereri duntaxat  
hec ad immortalitatem visa fuit via. Nam & ipsam The-  
tin indignatâ se Deam mortali Peleo in matrimonium  
collocatam, filios, quotquot oriebantur, in ignem ex-  
tendens conjicere solitam tradunt mythologi: quod ita  
rebatur mortalitatem exuri, & quod immortale esset,  
per purgari & conservari, uti autem ere confutum ignis  
ope purgatur. Atque ita sex jam filios consumpserat,  
donec ad Achillem ventum, quem pater superveniens  
ab igne exemit. Utraque mulierum istarum animum  
curarunt per ignem, & eam hominis partem immor-  
talem cupiverunt, quæ esse poterat. Duæ nobis pariter pro  
excolendo animo constituendæ sunt nutrices. Quenam  
illæ? Pallas & Pietas. Pallas se primam offert, sed in-  
ermit & onusta libris, hæc suos quos informandos reci-  
pit, igne perfundit, ut æternet. Quis ille ignis quem af-  
fundit? Doctrina est, mente hominēque digna; nam  
cum omnis doctrina derivetur ab æterno illo doctore,

Duæ nu-  
trices pro  
excolendo  
animo,  
Pallas &  
Pietas.

A & celestis quædam quasi flamma sit, quid ni mortalita-  
tem in animo comburat, & ad illas beatorum sedes eri-  
gat? Sed tamen hic ignis satis pusillus est, quantus quan-  
tus est, si virtus ejus spe catur, instar scintillarum duntaxat  
trit, parum aut nihil in animis excoquit, nisi & The-  
tis, hoc est, Pietas accedat, quæ non solum stricuras no-  
bis inspergat, sed totos in focum præcipitet. Absque his  
flaminis crudi manent animi & confusa massa. Pietas  
verum ignem habet, & luminosum purumque, quo de-  
biles & cæcæ mentes roborat & illustrat. Ad celestia  
& divina animi nostri non aliter se habent quam argillaceæ  
Promethei statuæ, quæ etiam solis radiis expolitæ nec  
vigorem tamen habebant, nec movebantur: at verò ubi  
consensus olympo virgula soli admovit & incendit,  
redūque in terras flammam superis ereptam, statim  
inseruit, illico in membris motus & in statuis gressus se-  
quebatur. Ita mentes nostræ vecordes & statui immo-  
bilitate similes, etiam doctrinæ igne perfundantur &  
collastrentur, tamen nisi celestis & divini illa lux su-  
perveniat, nullus animo vigor, nullæ sunt vires. Sed in-  
tervenit non nemo qui Thetin hanc impediatur, qui cul-  
pet, qui exclamet & damnet. Eam jam ætatem vivimus,  
in quâ nec pietatem apud alios ferimus, nec in nobis  
ipsis colimus, quam à nobis facinus per scelera extor-  
rem. Tandem quid sumus? pulchræ statuæ. Quemad-  
modum Scipion interrogatus, quem statui simillimum  
censeret? Hominem, inquit, stupidum, & animi sui ne-  
gligentem.

Verum, extra chorum salto. Recepti diuini meho-  
die de corporis cultu, non de animi. Quamvis ille ab isto  
pendeat. Nos eo ipso animum negligimus, quia nimum  
colimus corpus. Ita cultum hero debitum, iniquissimâ  
permutatione transferimus in servum. Quidquid sa-  
pientum voces moneant, nos sæpe in solius corporis cu-  
ram intenti, mirè insanimus in exornando hoc manci-  
pio. Et hoc est, quod severâ castigatione dignissimum.  
Cuius corpori cultum non eripimus, sed nimis ei  
phaleras detrahere conabimur. Et quid est corpus, ut in  
illud potius quam in animum, omnem benignitatem  
tantis blanditiis effundamus? Sit ergo nobis hæc altera  
quæstio: Quid est Corpus?

## CAPUT II.

Quid sit Corpus, & unde tam dignum coli?

GERARDVS.

AN non hæc quæstio supervacua? quid quærimus  
quod videmus, quod tangimus? Po. Equidem  
videmus, sed fallacibus oculis, equidem tangimus, sed  
manibus in adulationem corruptis: hinc hosti nostro,  
et si noxiosissimo, honestissimos tamen titulos imponi-  
mus, & pro amico colimus, odiis dignissimum. Auxilia-  
tor noster videtur esse corpus, sed non minus insidiator  
est, adjuvor censeatur, magis tamen impugnatur quam ullus  
hostium. Quid ergo est corpus?

§. I.

CORPUS hominis, sepulchrum esse affirmabant pri-  
scisci. GERAR. Itane, sepulchrum? Po. Ita prorsus.  
GERAR. Quid ergo non ornamenta ei adijcimus, & etiam  
speciosam facimus miseriam nostram? Patra & tristitia illud  
melius decerent. Po. Corpus, Græce *σῶμα* dicitur,  
quod rectè Plato vocavit *σῶμα*, hoc est sepulchrum,  
quasi animus in corpore delitescat sepultus. Corpus cer-  
tè simillimum sepulchro, inephitim exalat undiq. Hæm  
quàm vana est labor noster! popina verum, taberna  
serpentum, butonum hospitium; sordium sentina, ita  
splendeat, ita curetur, ita superbiat? infelix hæc terra  
gleba tam sordida, tam puris ita regatur? tanto labore  
inservitur famulæ carni, relicto hero animo, nudo  
& inextincto?

Qui



Qui corpus sepulchrum vocant, honestiore nomine id afficiunt. Fuere qui tartarum & inferos illud appellarent. Caelius Rhodiginus: Corpus, inquit, esse velut tartarum scripsit, in quo fluxiones infestent, & perflatus tumultuantur non absque aestuosis arboribus, sit, plane mortuorum conceptaculum ac verus sepulchrum. Adiciunt & illud auctores sanctissimi, multorum animas corpore tanquam mylone quodam, hoc est, pistino esse obvolutas oculis, &que. Et primi illi Theologi nil aliud inferos putarunt quam ipsa corpora, quibus inclusi animi, per omnium incommodorum, aggritudinum, dolorum species rapiantur. Auctor hujus sententiae Macrobius: Antequam, inquit, studium philosophiae ad tantum vigoris adoleceret, qui per diversas gentes auctores in constituendis sacris caeremoniarum fuerunt, aliud esse inferos negaverunt, quam ipsa corpora, quibus inclusa anima, carcerem fœdum tenebris, horridum sordibus & cruore patiuntur. Hoc anime sepulchrum, hoc Ditis concava, hoc inferos vocaverunt. Oblivioni suum, errorem dicebant anime obliviscentis divinae originis maiestatem: Phlegem hontem, ardorem irarum & incendia cupiditatum: Acherontem, humane varietatis dolorem & aggritudinem animi fluctuantis: Cocytum, quidquid homines in luctum lacrymarum compellit: Stygem, quidquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum.

## §. II.

Neque verò hi adeo aberrarunt à vero, cum corpus hoc quàm mortale, & mille tam vitiorum illecebris, quàm incommodorum supplicis obnoxium, animi carcerem & inferos nominant: quod & Hebraeo Sapientiam animam aggravanem vocatur. Hoc corpus, quod nos parlatum aut paradysum censemus, pro carcere habuit sapientissimus plâtes, nam velut carcerem hunc exsolus in vinculis exclamavit: *Educ de custodia animam meam*. Num carcerem in quo Samson molebat, isto fuisse molestior putas? aut Josephi lacum, aut Hieremias foveam, aut Danielis inter leones specum, aut Petri geminis catenis victi militarem custodiam? non arbitror.

Cur igitur sepulchro, carceri, pistino, tartaro, inferis tam pretiosum cultum, tam delicatum pastum in nostram perniciem impendimus? Hoc sciamus, à nullo nostrorum hostium tam nobis cavendum esse, quàm à nostro corpore. Vis plura & speciosiora corporis elogia? Caelius, quem ante nominavi, sua corpori pigmenta conquirit: *Imprimis verò, inquit, quam circumfers vestem, exuere oportet (corpus designat) indumentum infestis, pravitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, rivam mortem, sensum cadaver, sepulchrum circumvile, domesticum denique furem, qui dum blanditur, odit, dum odit, invidet; umbraculum inimicum, ad seipsum operans deorsum, ne forte conspicias veritatis decorem, & ejus odoris pravitatem*. Hoc est, corpus suâ laude ornare. Et tamen domesticum hunc furem tam operose nos & vestimus, & alimus, ut, si fortè parciore sit aut lentior furando, nostris subsidis crescat in majorem audaciam. Hoc non est aliud quàm furi suam rapiendi licentiam non tam laudare quàm imperare, quin & modum docere quo pessimas artes facit liberius.

## CAPUT III.

## Quantus noster hostis sit CORPVS.

Non tantum rem nobis & excellentiâ nostrâ indignam facimus, cum corpori servimus, sed etiam perniciosa. Nostine, Gerarde, ingenium crocodili? Audi obsecro. Penes mulierem Egyptiam crocodili catulus educabatur: hanc Egyptii beatam putabant, quod scilicet Deum nutiret, ideoque & mulierem & alumnum demulcebant. Mulieri huic erat filius cum crocodilo educatus & ludens: Deus verò ille cicut erat, dum infirmis adhuc erat viribus, at aucto corpore in-

genium detexit, puerumque illum occidit, atque hic finis fuit amicitiae illius infide, has scilicet gratias altrici suae retulit perfida bestia, quae, antequam puerum sorberet, lacrymas profudit sceleris futuri testes. Quid nos aliud curamus & educimus nisi crocodilum, si corpus tantum curamus: superpetas ferimus hosti, & cum postea pugnandum est, vincimur à subsidio nostro. Nec potest esse miserabilior clades quàm propriis armis confici. Verè nullus major hostis hominis est, quàm corpus, cum illud amicum habemus & amice tractamus: blanditur nobis, dum nos illi blandimur, & quantò nos magis candidè & fideliter, tantò magis subdole illud atque perfidè, crocodilo animalium nocentissimo simillimum. Imò, quod pejus, non suis tantum, sed & alienis pugnat viribus, ut jam ostendam.

## §. I.

Rem mihi dixisse visus est, qui corpus, diaboli val- lum & propugnaculum dixit, è quo ille in nos propugnaculum. gnat opportunitate maximâ. Undequaque patemus hosti, ad omnem incursum, ad omnem ictum, & ne frustra sudet hostilis calliditas, corpus nostrum operam suam adjungit, & nos vinci, gratiam interpretatur.

Semiramis olim regii vernæ apud Babylonios ancilla fuit: captus illius formæ rex Ninus, adeo eam deamavit, ut illa tandem temerè quidvis auderet petere, ille negare non auderet. In hanc occasionem prona, velut leve quid postulans, unicum sibi diem à rege indulgeri petiit, quo sceptri & solii jus penes se esset. Facile rex annuit in preces, ut videri poterant, tam modestè. Itaque poscenti concessit, in solio suo jus diceret, ejusque jussis omnes parerent. Hæc, potestatis quidem avida, primò tamen leviora imperat fieri: sunt. Dein scia magis mandat perfici: perficiuntur. Tandem regem comprehendi jubet: comprehenditur. Vinciri, vincitur. Interfici, interficitur. Sic ancilla ex diurno diuturnum principatum adepta est. Aequè improbâ vafritie corpus sceptrum eripit malè conniventi rationi. Initium à blandimentis sumitur, his fraude succedunt, inde vis & Manliana imperia. Nec facile est corpus ab assuetis deducere, malè servit hoc mancipium, postquam dominari assueverit. Quidquid ei vel semel per indulgentiam concessum est, hoc ut debitum exigit. Subinde morbos simulat aut invaletudinem, ut abstinentiæ legibus fraudem faciat: jam pisces reculat, & stomachum caustatur, jam inedia non fert strictioris jejunii, jam has jamque illas vestes exigit, & ut deliciis ac pompæ honestum titulum prætexat, id ad status sui decentiam spectare pretendit. Hoc agit corpus ut imperet, & rationem, quam tollere non potest, ad turpissimos assensus emolliat.

Jobus de homine corpori nimium indulgente discessit: *Dulcedo illius vermes, inquit, non sit in recordatione, sed conseratur quasi lignum instructuosum*. In quæ verba Gregorius: *Potest, inquit, apertius vermis nomine caro designari, unde, homo putredo, & filius hominis vermis dicitur: Sanè, quisquis putidas corporis voluptates anhelat, quid nisi vermes amat? corpus agnatione proximè vermibus junctum esse, sepulchra fatentur sincerâ veritate. Ita dulcedo illius vermes. Hinc fœdo Cupidini vincendo, plurimum facit, ut hoc quod vivum quis diligit, quale sit mortuum expendat. Fecit hoc Anachoreta, uti Hugo memorat, qui ad abolendam memoriam mulieris, quam demon illius animo identidem representarat, tumulum jam sepultæ & tabescentis clam relexerat, & ablatam inde cadaveris partem toties naribus opposuit, quoties animum titillaret libido: & en, ajebat ipse sibi, dulcedo tua vermes. Ita præsigni victoriâ seipsum triumphavit. Verè, omnium luxuriæ deditorum dulcedo vermes, hoc est, corpus, brevè obijciendum vermibus pabulum. Et quia homines impuri ac libidinum suarum ser-*



vi, talem amant dulcedinem, & in ea felicitatis suae summam collocant, non erunt in recordatione apud Deum, ut ab eo premium beatitudinis accipiant, sed conterentur velut lignum infructuosum, in flammis stygias deiciendum.

## §. II.

**E**Vropa regis Agenoris filia, ut in fabulis est, ad litus Tyrii maris in prato nitidissimum taurum conspiciat, quamvis primò contingere metueret, tamen ubi mitem & adblandientem nec minarum quidquam habentem vidit, dempto metu adire, tangere, manu demulcere sustinuit, herbas etiam & flores in pabulum popexit. Taurus variè alludens, & nunc blandus stare, nunc in genua procumbere; modò collum & palearia manu palpanda praeberet, modò cornua ferro impedienda offerre, jam etiam niveum tergum subicere, & velut ad sessionem invitare. Tam humanam pecudem experta virgo regia, ausa est etiam, nescia quem premeret, tergo confidere. Hic taurus sensum atque fallaciter à sicco littore abducere, & in primis undis falsa vestigia ponere, inde subito impetu per medium aequor cum insidente sibi prædâ natâre. Misella litus relictum frustra respicere, & serò nimis sui lusum audaciam damnare. Verissima hæc effigies est hominis, carnis blanditiis jam capti. Plato (uti Augustinus Calvus refert) Europam regis filiam, animam Dei sponfam interpretatur. Nam, sicut regia illa virgo, etiam patriam hominibus oculis respectaret, tamen à tauro, cui nimium blandita fuerat, à patriâ abducebatur: eodem prorsus modo anima æterni Regis filia, maximo salutis periculo, per medios hujus vitæ vortices, per procellosum hoc mare, ab indomito tauro, à suomet corpore in vitiorum præcipitia abripitur; & licet illa cælum, suam patriam, licet illa Deum, conditorem & parentem suum sapius respiciat, tamen à furente hac bestia longè à patre abducitur. Sed sibi culpam illa imputet: cur tam facilis & blanda fuit in hoc pecus, cur se illi permisit, cur sic illius mansuetudini fidem habuit? Sic agit corpus, ubi suis nequitiis vires acquirit, sic abducit vitam animam, sic ingemiscientem abripit per voluptatum fluctus, in lacrymabile exitium.

1. Cor. c. 13. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Nam, qui in  
vers. 50. carne sunt, Deo placere non possunt. Huic ergo fallacissimo  
Rom. cap. 8. tauro, ò regis filia, ne fide, ne blandire, ne illum poppyf-  
vers. 8. nis demulce, ne sagina, aut tuum in te hostem incitas  
beneficiis nusquam pejus collocatis.

## §. III.

**E**Lisabetha, sanctissima illa Lusitanæ regina, quid non fecit tulitque (jam supra demonstratum est) ut hujus tauri impetum frangeret, furorem frenaret, rabiem coëciceret, ut denique hanc bestiam immanitate teterrimam perdomaret. Neque verò aliud quàm hoc ipsum se fecisse divinus Paulus tam animosè proclamat: Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. Hic ei cultus, hæc illi beneficia debentur, his obsequiis cicuratur in melioris disciplina cautionem. Eadem enim corpori conveniunt quæ mancipio, quæ asino, flagellum, onus, fœvera castigatio. Nam, debitor es sumus non carni, ut secundam carnem vivamus. Et certè, qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis suis: quoniam qui feminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Ideo vel millies nobis ingerendum monitum illud saluberrimum: Si secundam carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Nemo à vitiis liber est qui corpori servit. Nam ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo invenit, transcas, ipsius corporis dominium quàm morosum & delictum est? GERAR. Ergo negligendum est corpus, inò & injuriis afficiendum? At tu, Polychroni, dictum te promiseras, quâ ratione colendum sit corpus, non quâ vexandum aut affligendum. POTYR. Ergo tibi, mi Gerarde, agricola

A ille non censetur agrum colere, qui cum aratro profciderit, qui steriles herbas evulserit, qui effectum solum mille vulneribus sauciarit? Nunquid non hoc colere est terram, ferro eam subigere? hæc cultura debetur agro, aliis alia, cuique sua. Certè vix quidquam est in orbe, quod non silvescat, si absit cultura. Sterilefcit ager nili in exercendo illo assidue manus defatigentur: fordescit domus, nisi eam à foridibus cura pervigil defendat: obsolefcit vestis, & turpes nævos contrahit, si illam aquæ non lavent, non purgent setæ. Desit cultura, plantæ non surgent, flores non erumpent, arbores in directum non crescent, ægetes non emergent, pascua non virefcunt, lapidescent & silvescent omnia. Adsit cultura, plantæ stabunt, flores pullulabunt, arbores triumphabunt, respondébunt menses, ridebunt campi, virebunt & gaudebunt omnia. Tanti est in plerisque omnibus cultura. Atqui si ista humanam & operosam manum postulent, à quâ colantur, homo ipse sine cultu erit? Primus est qui coli debeat, & ante alia omnia. At cum homo corpore confect & animo, corpus autem animum degrevet, impediatur, mille damnis afficiatur, tu nihilominus illud præ animo & suavi quidem ac benignâ humanitate colendum censetis? Hic me fines non elinguem esse, & liberè profari quæ ad natam quæstionem erunt, non omitam dicere quæ dedecet corpus, dum ea, quæ decent dixerò. Ostendam hoc ipso coli corpus optimè, si non nimium colatur.

## CAPUT IV.

Quantus labor impendatur à nobis corpori, hostium nostrorum maximo.

**H**erus fuit, qui duos in suo famularu servos numerabat, planè dispares: æthiops alter, noctis colorem æmulabatur corpore; genere obscurus, doctrina rudis, artificii omnis indoctus; contumax etiam, vecors, ignavus, & qui non semel de domini nece cogitabat, jamque aliquoties impactâ sic graviter sauciabat. Alter verò prosapia nobilissimus, scientiarum amantissimus, elegantissimus formâ; natus ad omnia magna, & qui heri sui salutem curabat ut suam. Et hic quidem ab heri extremè neglectus, non nisi laceris panniculis, & vix quidem tegebatur: cum alter ille fœdus æthiops ab heri plurimum amatus non nisi pinguibus & pretiosis tunicis superbiret, & jussu heri in formosum illum juvenem exereret iniquum imperium. Subolet tibi credo, quid velim, Gerarde. Duæ sunt homini partes tanquam servientes, Animus & Corpus, ille è cælo, hoc è cæno, & tamen cœnum istud se supra cælum suum erigit, mancipium ingenuo, corpus animo præfertur. Ah, contra oportet, & grandis injuria est animi nobilitatem sic abjicere, vilitatem corporis sic attollere. Ornatus est corpus, quò minus ornatur, & tunc est longè cultius, quò magis præ illo colitur animus. GERAR. Atqui ego hic putem, centones & mendiculorum tegetes, depexas & pertulas tunicellas, crines incompitos & sine lege errantes, vultum fame corrugatum, exercitatum labore, pulvere & sudore madidum; illuviem, pædores aliâque similem sordiditatem inter ea verè numerari quæ corpus dedeant. POL. O bone, quàm facis, quod ego læpe, & erras! ista sint dedecora humani corporis, quæ quandoque etiam inter ornamenta illius numeranda? Ergo, tu idem ille purpuram auro crepantem, capillos surgentes & scitè contortos, vultum longâ saginâ nitidum, stribus & ceruisâ perunctum, ad viteum oraculum sæpius examinatum, vestes concinnas & ad omnem ostentationem factas: hæc, inquam, affirmas corporis esse decora? O quàm rem tetigisses, si contrarium dixisses. GERAR. Atqui, hic omnium sensus est, qui mecum. POL. Atqui ego velim seriò sciant omnes, nihil magnum aut

Lib. 59.

Anima à  
suomet  
corpore in  
vitiis  
præcipitia  
abripitur.

1. Cor. c. 9.  
vers. 27.

Rom. cap. 8.  
vers. 12.  
Gal. cap. 5.  
vers. 24.  
cap. 6. v. 8.

Rom. cap. 8.  
vers. 13.  
Nullus est  
liber à vi-  
tiis qui  
corpori  
servit.

Deus  
servus  
est  
Ani-  
mæ  
& Corp-



# Decultu corporis Lib. III. Cap. IV.

415

aut præclarum esse quod omnibus placeat. Communis A desideria ope necessaria finiens: jam rusticitatis & miseræ est, velle quantum sat est. Sic multa concupiscendo, omnia amittimus, & necessaria ignoramus, quia non necessaria discimus. Ita dum corpori nimium indulgemus, & corpus & animum perdimus.

## §. I.

**C**erte aliter de cultu corporis sentit Romanus sapiens, quam sentiant isti tui omnes: Hanc sanam, inquit ille, & salubrem formam vitæ tene, ut corpori tantum indulgeas, quantum bona valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat: cibus famem sedet, potio sitim extinguit, vestis arceat frigus, domus munimentum sit adversus infesta corpori. Hanc utrum cesses exerceat, an variis Lapis gentis aliena, nihil interest. Scito hominem tam bene animo quam auro regi. Contemne omnia que supervacui labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Animus certe si nobilitatem suam nosse velit, corporis velut oneris necessarii non amator sed procurator erit, nec se illi cui impositus est, sed illud sibi subijciat. Et hoc Seneca judicium est, cui qui oggannunt, non è sapientie scholâ prodiiisse censendi, sed è tabernâ illiteratæ plebis, quæ nihil minus hodie negligit quam quod deberet maxime, quæ noctes & dies sudat pro corpore.

Conferamus nos paullisper in hoc magnum orbis theatrum; dispiciamus mortalium conatus, quid audent iniqui. Hinc inundant milite campi, hinc institutorum turba fervent semine; hinc maria sternuntur classibus, hinc in montibus anxii & crudeli diligentia aurum effoditur, illinc concurrunt acies, & ferreis nubibus obtentur cælum, unde, ut Papinius canit,

*stant ferrea celo*

*Nubila, & copiosa telorum grando volat.*

Utbes ingrediamur, & videamus quæ non fiant in corporis gratiam. Istihinc curiæ ligatiû vocibus parie rumpuntur, illine opere assiduo æstant officina, hinc summis contentionibus agitur, sudatur, curritur, omnia strepunt plena negotiis. Nihil vacat ab operosis mortaliibus, & moluntur, & satagunt, & contendunt. Quod verò tot labores, tanta rerum impendia pertinent nisi ad corpus? cui hoc terræ punctum ferro & igni inter tot gentes dividitur.

## §. II.

**N**unc verò parum ad nos redeamus, nòsque ipsos nostramque domum inspiciamus. Non edimus, ut animus vivat, ipse immortalis est, sed ut corpus sustentetur, bibimus, non ut mens madescat, ipsa non bibat, sed ut corpus refocilletur, dormimus, non ut animus perpetuetur, qui mori non potest, sed ut conservetur corpus. Quæ verò alia nostra studia? quærimus gaudia, sed corporis opes ambimus, sed corporis ædificia struimus, sed corpori; thermas ædificamus, sed corporis viaria, piscinas, viridaria, hortos grandi sumptu molimur, sed omnia corpori. Quidquid ferè in nobis vigilat curarum, id vigilat corpori, maxime pascendo, vestiendo, ornando, comendo. Quotidiana cura nostra omnis quò tendit nisi ad corpus? quò vestitus tam vanus, nisi ad hoc ipsum corpus? propter quod novus dies novas vestes videt. Equid vani ac miseri noctes & dies pro corpore sudamus? Quorsum omnis noster labor & molimentum spectat nisi ad corpus & corporis commoda cultumque? A naturâ luxuria pridem descivit, quæ quotidie seipsam incitat, & tot sæculis crescit, & ingenio adjuvat vicia. Primò supervacua cepit concupiscere, inde contraria, novissimè corpori animum addixit, & illius deservire libidini iussit. Omnes illæ artes quibus aut exercitatur civitas aut strepit, corporis negotium gerunt: cui omnia olim tanquam servo præstabantur, nunc tanquam Domino parantur. Itaque hinc rextorum, hinc fabrorum, illinc factorum officinæ sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus cantusque de centium. Recessit enim ille naturalis modus

hunc ferè in modum. Duo fratres unâ iter fecerunt, quorum unus intelligens & providus, alter non sane mentis, homo rudis & bardus. Delati ad bivium litigare ceperunt, quæ eundum esset. Amens ille viam primâ fronte delectabilem ingrediendam ratus: Heus tu, inquit ad fratrem, hæc eamus, invitat jucundissima semita, en merum viridarium. At ille providus: Mi frater, inquit, hæc viæ facies non displicet, amœna est: at exitus viæ me terret, ad pessimum hospitium deducit. Itaque tibi mihi que suaferim, hanc potiùs nonnihil asperam insistant; principii & progressus molestiam hilati fine pensabit, ad hospitium ducer nobilissimum. At fatuus ille suæ sententiæ tenacissimus: Ego, inquit, oculis meis malo quàm tibi credere: hæc eo, sequere. Sic alter quamvis invitatus, ne fratrem desereret, comes ivit. Dum progrediuntur, in prædonum insidias deveniunt. Ab his in carceres sed diversos rapiuntur. Post aliquantum temporis, è vinculis educti, ad nescio quod tribunal sistuntur judici. Hic alter fratrem, prudens ille & sane mentis: Mi Domine, inquit, in has ærumnas frater iste meus, homo fatuus me conjecit. Viam adiimus bonam & tutam, at ille stultitiæ suæ potiùs quàm verbis meis fidem habere maluit, & aliam, per quam infesta sunt itinera, ingressus est. Ita refractarium secutus sum alterâ viâ, amœnâ quidem sed intratâ, & hæc latronum nos prædam fecit. Itaque si moriendum est, ille horum omnium causa pro me moriatur. Contra fatuus ille, inquit, non mihi sed fratri meo moriendum. Nam si tam sapiens est, qualem se gerit, cur me tam facile secutus est? cur persuaderi se passus est? cur relictus non est? cur viam ivit, quam sciebat latronibus infestam? Ad hæc alter: O Domine iudex, inquit, verba mea contumaciter rejecit, nullâ ratione ab errore abduci potuit. Cui stolidus: Si me, ait, reclamante tu viam tenuisses tutiorem, ego vel invitus rediissem, & te secutus fuisset: tu meæ mortis es causa. Mox prudentior: Tu stolidus, inquit, tu causa es meæ mortis. Ita utrinque verbis acriter certatum est.

His auditis iudex sententiam in hæc ferè verba pronuciavit: Tu fatue noluisti sapienti credere, & tu sapiens secutus es fatuum, ideo pœna mihi dabit uterque.

Ita prorsus, mi Gerarde, ita supremo iudicii die, cum Corpus & Animus ad Christi iudicis tribunal stabunt inter reos, in utrumque sententia dicetur: Quia Corpus fatuum, omne consilium animi spreverit, & Animus sapiens omnem petulantiam corporis tulit, damnationem uterque meruit: Ite maledicti, ite, ite: simul deliquistis, simul luetis. Ite, in ignem non unius horæ, nec unius diei vel anni, non unius nec mille lustrosum, non unius vel centum millium sæculorum, sed, ite in ignem æternum. Verè de iudicis istius ore gladius utraque parte acutus exit, qui & corpus & animum feriat: corpus quod animi monitiones non admiserit, Animum quod Corporis libidines non coërcuerit. Ideo iudex ipse fidelissimè nos præmonens: Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum, qui potest & animum & corpus perdere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete.

Sed ad Corporis curam redeo, quæ & corpus petiit & animum.

## §. III.

**C**hrysostomus, hanc pro corpore nimiam curam meritò castigans: Anima, inquit, nobilitas quanta sit, nobis ferè cogitandum, ne quid eâ indignum operemur, ne contumemus eam illicitis operibus, ne sub carnis servitutem eam subj-

Homil. 12. in Gen.

Nihil indigne nobilitate animæ operandū est.

M m 4

In gratiam corporis omnia fiant.

Dura bo-  
minis pe-  
tes dant  
& Corp-



subingemus, ac tam nobilem tantæque dignitate sublimem sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Sed nos conciones istas tanti non facimus, ut hosti nostro minis faveamus: dulce nobis videtur cum corpore non rixari. Et siue amicum illud alii dicant siue inimicum, id nobis curæ non est, sed hoc pæne solum laboramus, ne corpori male sit. Idecirco Bernardus, nostrum hunc hostem ipsummet sermo allocutus: Propterea, inquit, noli, o corpus, noli præripere tempora: potes enim impedire animæ tuæ salutem, tuam ipsius operari non potes. Omnia tempus habent. Patere ut nunc anima pro se laboret, magis autem etiam collabora ei, quoniam si com-pateris & conregnabis. Quantum ejus impedis reparationem, tantum impedis tuam: quod nimirum ante reparari non poteris, donec tuam in eâ Deus imaginem videat reformatam. Nobilem hospitem habes, o caro, nobilem valde, & tota salus tua pendet de ejus salute. Da honorem hospiti tuo. Tu quidem habitas in regione tuâ: anima verò peregrina & exil apud te est hospitata. Quæso te, quis rusticus, si forte nobilis & præpotens quispiam apud eum voluerit hospitari, non libenter in angulo domus sue, aut sub gradibus suis, vel in ipsi cineribus accubabit: cedens hospiti suo locum (sicut dignum est) potiorum? Et tu ergo fac similiter.

Sed o beate Bernarde, non facit hoc corpus, non facit, recusat subesse rusticissimum hoc mancipium, nec dat honorem hospiti, non cedit, non reuertetur, non obedit; omnia turbat agitque pro libitu. Animus verò insipiens, tametsi satis sciat vix illum perniciosiorem sibi esse hostem quam corpus, nihilominus & connivet, & blanditur, & indulget, ac hosti suo in suum exitium benigne facit: nec grande damnum reputat, unâ cum perissimâ servo suavitè perire, quiddid vel cælum spondeat, vel inferi minentur, modò corpori bene sit. Hæc unica pæne actionum omnium norma est & regulamodò corpori bene sit. Animus quidem miles & suæ originis & officii sui mōnetur, sed dissimulat ille, & modò corpori bene sit, mōtē sibi esse tolerat. Corpus ipsum, quiddid ei minatur ingeras de morte, de domicilio post mortem; quiddid ei de diabolorum crudelitate, de cruciatuum atrocitate, de tormentorum æternitate proponas, hoc unum contumaciter agit, ac si responderet: Id scilicet curat corpus, modò corpori bene sit. Sic vivimus, sic obimus, sic interimus.

## §. IV.

**P**achomius, Tabennensis abbas, nobilissimis olim præceptis animum instituit, & velut dicitur, quâ ratione is corpori suo quotidie concionetur: Cum, inquit, vesperi venit ad lectum, singulis membris sui corporis dicat: Suadenti mihi optima, obsecro morem gerite, dum in loco meliore simul sumus; Domino mecum alacriter servite. Suis quoque manibus dicat: Erit tempus, cum vestra jactantia cadet, cum pugnus ab irâ collectus solvetur: cum digiti, & res furivas extensi rigescant. Dicat & pedibus: Erit, cum omnia vobis itinera obsepientur, cum ad omnem petulantiam excursus negabitur, velitis nolitis. Sed & alia membra sua pariter alloquitur: Eja quæso, antequam mors nos dirimat, certemus fortiter, stemus perseveranter, viriliter dimicemus; serviamus Deo sine pigritiâ, usque dum absterlis sudoribus, ad beatam æternitatem nos evocet. Et quid mihi vobisquæ proderit, omnem vitæ suavitatem gustasse, si qua tamen est ulla sincera suavitas, in tantis vitæ miseriis? Quid vultis vos labori subtrahere, nata & educata ad laborem? Quid recusat pati: brevi vobis moriendum est, & sub terram eundum. Quid molliem & delicias queritis? illic, illic in cælo reperietis, si tamen hæc prius velitis perdere. Jactura in loco, pro lucro habenda. Non hoc deliciarum tempus, non locus est, supra est inter beatos. Hoc velim vos exactissime capere, per delicias iri ad flammam non amplius extinguendas, at per spinas perveniri ad delicias non amplius finiendas, &

æternas. Quid contra me toties querimini & tyrannum vocatis, cum jejunia, cum vigiliis, aut preces impero? indulgentia mea præsentissima vobis peitis est. Nemo unquam alteri sic nocuit seviendo, quantum ego vobis parcendo. Hoc meum parcere, est & vos & me in exitium sempiternum conjicere, Si micior essem, vestram vobis gloriam & beatitudinem, quam mecum pariter habebitis, inviderem. Vultis mecum unâ quiescere: unâ etiam laborate: vultis mecum simul gaudere: & simul etiam pati & dolere ne recusat. Quæ societas fuit in luctu & labore, ea etiam erit in gaudiis & honore. Rem vobis dicam: Si vos jussis meis reclamare & obfistete, ego contumacia vestra parcere velim ac indulgere, & me & vos supplicia manent æterna. Et quæ ista infamia vestra est, brevissimo tempore, momento, laborem non summum, dolores patibiles sufferre nolle, & tormenta sempiterna non formidare? Quare obsecro patientiam ne rumpe. Laborum vix bene initium facietis, & beatus finis labores vestros excipiet. Brevis est luctus, gaudium immortalis, levis est pugna, premium æternum.

Hanc membris concionem ab animâ quotidie haberi, sapienter suavitè Pachomius. Et sanè si hæc capiat pars ignobilior hominis, nullum quantumvis asperum imperium abnuet, nullum quantumvis vile regumentum respuet.

Hæc generatim & universè dicta sint de cultu qui corpori debetur. Nunc manum propinquiorem admodum ad pravum, curiosum, perniciosum cultum, qui corpori planè non debetur. Sed vide, Gerarde, ut nec patientia tua deficiat, nec constantia.

## CAPUT V.

## Quam varius sit cultus Corporis exterior.

**V**erissimè proclamat præfatus poëta:  
Auferimur cultu.

Nec in alio magis assensior Augusto Cæsari, quam cum insigniorem corporis cultum, & amictum plus æquo nitidiorem, superbiæ vexillum & luxuriæ nidum vocavit. Verè sic est: Decipit hac oculos Agide dives amor. Et uti orexin quantumlibet dormientem excitant pericula odores, vapores, colores, & exotica ciborum condimenta; sic libidinem quamvis languentem & sopitam relictæ scintille hæc ornamenta, lenocinia, pigmenta corporis. O quanta ubique & quam incredibilis est vestium tam varietas quam pretium! Christus ad magnatum palatia non amandans: Ecce, inquit, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Aulas ingredi, & videbis illic nitere vestes Attalicas, vestes pictas, palmatas, cycladatas, polimitas, phrygias, undantes, segmentatas, fimbriatas, paragiatas, rasilas, conchylatas, furrularas, auro virgatas. Et utinam hæc vestium monstra intra aularum septa se modò continuissent: in alias etiam domus jam pridem immigrarunt. Tamque nos alii, etiam è plebe, dociles sumus, ut quiddid in veste ingeniosa ostentatio invenit, felici genio quamprimum imitari sciamus, antequam didicerimus. Inde ingens & copiosissima suppellex vel soli capiti comendo reperta. Nosti, Gerarde, Sy-cophantam Plautinum sic olim gloriari solitum: Tam longum est nomen meum, ut ab aurora ad concubiam noctem si ambules, vix ad finem perveneris. Cui aptè senex subjiciens: Opus est, inquit, face & viatico ad tuum nomen, ut tu prædicas. Hic ego prorps idem dixerim, & jure meliore: viatico & face opus est ad iter tam longæ narrationis, quæ omnem colendi corporis instructum & mundum explicet. Singula pæne membra suum sibi, eumque singularem cultum vendicant. Hinc modò lunulas, modò torques, modò armillas & monilia poscimus: nunc mitellas, nunc murenulas, nunc discriminalia, nunc olfactuola, nunc dextralia, nunc pal-

Animus  
insipiens  
corpori  
suo hosti  
bene facit  
in suum  
exitium.

In vitâ ejus  
cap. 46.  
Præcepta  
Pachomii  
animum  
instructis.

ut. mu-  
sup. huius  
modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.

modi.



liola depromimus: jam vestem sericam, subsericam, holosericam, jam byssinam, bombycinam, jam \* cymatile, prasnam, ruseam, xerampelinam, calculam, crocotulam & carbalinam hosti nostro aptamus: jam & anulos, & inanes, & gemmas fronti appendimus: jam & specula, & acus, & vittas, & sindones, jam thestrila & Zonas, & fascias pectorales, & periscelides cum cura & studio, nimirum ornando nostro carceri disponimus. Omnino face & viatico est opus, dum colores, formam, pretium, materiam, imò & odores vestium distinguimus. Infinita res est cum de corporis cultu agitur. Et sanè pulchris in hoc genere non multum concedimus. Incredibile videri possit quod Athenæus & Plutarchus, inter Græcos scriptores celeberrimi memorant, consueisse Sybaritas ad convivia, aut etiam ad sacrificia, annum ante invitare feminas, ne quid temporis deesset, corporis cultui parandum. Nec Persæ Reges feminam adnitebant, nisi per annum prius lotam, comptam, politam, puniceam, delibutam, exornatamque. Et id etiam sacra Esther historia confirmat. Nulla sunt apud nos hæc miracula, subinde audemus majora. Nec nostro ævo ratum, dies & annos, & pane sæcula in unius corporis cultum vanissimis laboribus impendere.

## S. I.

**E**T quantus olim vel in pedibus solùm priscorum luxuriam fuit? Quantum veteres Romani stemmata & prosapia lunatis calceis jactabant, quos aut elegans lunula insigniebat, aut corniculans fibula mordebat. Varius certe luxuriam veterum, vel in hac infirmâ & vilissimâ parte humani corporis. Antiochi regis Syriæ cæcam & amentem luxuriam imitatus exercitus, magnâ ex parte aureos clavos calceis subiectos habuit. Agnon Tejus aureos quoque clavos crepidis suppositos solitus fuit gestare. Fuerunt qui gemmas & uniones calceis adderent. Terullianus testis: Et in peromibus, inquit, uniones emergere de lato cupiunt. Testis & Tranquillus: Nec crepidarum tantum obstragulis, inquit, margaritas ponunt, sed totis foculis addunt. Testis & Plinius: Tolerabiliorem tamen fecit (Pompeius Magnus) caussam Cæii Principis, qui super omnia muliebria, foculos inducitur è margaritis. Fuerunt qui pedi aliusculos calceos inducerent, ut incrementum darent staturæ. Et habuerint priscorum feminae elegantes illos Sicionios calceos, habuerint mulles patitici, foculos alii aut foculos, crepidas, cothurnos: Nos sanè neque hæc cedimus, imò superare contendimus, qui hanc humani corporis partem ad ludum damnarum, sæpe sumptuosius tegimus quàm caput. Facem mihi denique sit opus & viatico ad commemorandas tot novas, tot desitas formas calceorum. E rebus gestis complurium Divorum discimus, quàm pertinaci luxu superioribus sæculis repandi & rostrati calcei passim apud omnes obtinuerint. Clamabant quidem contra hos à suggestu concionatores diversi, sed multis clamoribus parum proficiebant, valentior erat ostentationis istius pertinacia, quàm ut verbis cederet. Huic tandem calceorum formæ, seu illa sponte displicere cæperit, seu placuerit novæ, aliæ atque aliæ successerunt. Necdum finis est excogitandi novas in annos pane singulos. Nam modò acuminati placent, modò lati à fronte, modò fenestrati & disiecti, modò illos sine vulnere malimus. Ante paucos annos è simplicis solæ depressi fiebant, nunc passim cothurnos, & frangendo citius perquam aptos videas. Hic nostri ævi furor est, aliusculum linum calceis addere, & ut audiaris quaquâ incedis, & ut pedem nisi caute figas, facile frangas.

Sed nec idem color in calceis placet: plerisque nigri, aliis candidi aut crocei præferuntur. Tam varius est lufus in hac pedum, ut Terullianus loquitur, titula. Et uti nò idem color omnibus, ita nec eadem omnibus placet materies. Aliquibus sordet corium, & pro eo holoseri-

A cum substituunt Taceo Tyrrhenicum & Hetruscum sandaleum Italis Hispanisque feminis usitatum. Eò jam luxur alicubi locorum abiit, ut aliqui, pæne phœciani, velut Antistites & Præfules, incedant. Proximis annis usque eò calceorum pretium excrevit, ut olim totidem florenis vestem toti corpori velando facilius præstinares, quàm nuper tale par calceorum. Neque verò luxur, remittente annonâ, remittit, & aliquibus vix menstruum militare stipendium in calceos sufficit, tot futuris & elegantius est opus. Neque temere & sine delectu omne corium admittimus, nam sæpe delicatâ curiositate tam corii patriam quàm vini exquirimus. Et nisi calceus ad pedem strictus sine rugâ & plicâ niteat, velut nostro pede indignum rejicimus: imò pedem uti & miserè torqueri malimus, quàm calceum paulò laxiorem admittere. Quid ni hos tales, tam stultæ patientiæ homines, diaboli martyres vocemus?

Quid jam de calceamentorum vinculis dicam? olim anfile è polito ferro, aut etiam argento in usu erant: his corrigiæ, obstragula, ligulae successeunt. Jam verò & hæc evulserunt. Et quod mireris, periscelides à genibus migrarunt ad inum crus in calceos: nam sericas fascias quibus olim utrumque popliteum vincire poteramus, nunc in calceis luculentius ostentamus; nonnunquam ex eodem serico rosas apponimus, & suam pedibus ætatem facimus. Universe, superbiam & luxuriam non tantum pedibus non calamus, sed in regnum & supra caput attollimus. Sed quæso, Gerarde, liceat ab imis vestigiis ad hominis verticem ascendere. GERAR. Sed & prius quæso, Polychroni, hoc discamus, num olim etiam has seu vestium seu calceorum ostentationes sic amarint? POL. Etiam olim, mi Gerarde, sed nec olim quoque deerant, qui vanam hanc elegantiam reprehenderent. Quantum aureus orator Chrysostomus contra hanc in calceis pompam stomachatus sit, audi, sed audi patienter; tam prolixus quàm disertus est. Ego nec verbum Chrysostomi mutabo.

## S. II.

**V**ltis igitur, inquit, ut largas orationi habenas mittamus, ac dedecus huius rei præ oculis ponamus? Sed nolite, oro, irasci, imò verò etiam irascimini, parva mihi cura est: non enim ipse, sed vos huius molestia causa estis, qui cum nec peccata quidem ista putetis, ad reprehendum acris tale prodigali-tatu genus impellitis. Age igitur diligentiori usi examine, quale cæcamentum hoc sit. Quantum vobis dedecus esse putatis, cum serica licia calceamentis vestris, quæ nec vestibus quidem vir probus inquam subrexit, diligenter inseritis: quantis hoc dignum cæcaminis arbitramur? Quod si huic nostræ sententiæ non acquiescitis, audiat Paulum quanta hæc cum acrimoniâ reprehendat. & auctoritate ipsius turpitudinem rei cognoscite. Quid igitur hac de re Paulus scribit? Non in tortis crinibus, inquit, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. Quam igitur veniam habere poteris, cum neque uxori tuæ, jubente Paulo, pretiose vestes permittantur: tu calceos luxuriosissime polias, ac ita construas, ut nimirum attentus ad ridiculosa dedecora esse videaris? Nōne vides naves fabricari, eligi remiges ac gubernatores, vela dari ventis, maria navigari, ac mercatores patriâ, uxoribus & liberis relictis, ac vitâ contempta, & fluctibus commissa ad extremas barbarorum partes mille periculis pervenire propter serica hæc licia, ut tu scilicet calceus tuus ipsa inferas, & corium exornes? Dic, oro, quid hac absurditate perius? Non erant veterum cælia indumenta, sed viris probe convenientia. Quare ipse timeo ne tempus veniat, in quo adolescentes apud nos vestibus atque calceamentis, sine pudore aliquo, mulierum utantur. Illud autem molestius differendum est, quod juvenum parentes, cum indifferenter hanc rem censeant, non intrepent, non exposcunt. Vultis ut asseram quod gravissimum mihi videtur, quod pecunia ita abutimini, cùm multi modicâ laborent, cùm esuriens Christus ac nudus in medio vestri versetur, captus, carenis etiam vinctus nonnunquam: & quibus



quibus non ista digna sunt fulminibus: illum quidem cibo necessario indigentem negligenter, vos sericum calceos inseritis. Ipse cum discipulos suos legibus instruebat, nullo illi calceos permittebat: nos autem non dico nudis pedibus, sed viriliter calceatis deambulare non sustinemus. Quam turpitudine atque ritu quid peius fiet. Magnam enim animi molliem hoc ostendit, atque etiam sevitiam & crudelitatem, magnam denique levitatem una cum curiositate tenerariā. Nam quando rebus poterit, qui tantis defluit luxuriis, diligenter vacare? quando anima suam curam habeat? imo verò, quando se omnino habere animum cognoscat? pusillanimitas enim omnino est, atque abjectus qui hac admittitur. Atrox etiam atque crudelis, qui hac de causa pauperes negligit. Virtutis quoque penitus expers, qui studium suum ad hac contulit universum. Nam qui gloriam ferit, qui florem coloris, qui ad aureos intextus curiose perspicit, quando in calum sufficit istas respiciens, & ad terram flexus altius se non potest erigere? Et Deus quidem calum extendit, ac solem accendit, ut oculos tuos sursum erigat: tu verò ad terrena quasi porcus, diaboli artibus persuasus devolveris. Hec enim omnia ille excogitavit, ut illa tu beatitudine privatus, ad hac miserrima detrudaris. Ita Deus, qui calum tibi offert, a diabolo serica tibi licia offerente superatur: imò verò nec ista offert diabolus, opera enim hac etiam Dei sunt, sed molliem, luxum, atque maleficas artes, quibus oppressi adolescentes aspicere terram coguntur, qui calorum philosophia studere iussi sunt, magis calceis suis gloriantur, quam novae res atque inauditas gesserint. Digni enim pedum sublevatis deambulant in plateis nimio plerumque inde more confecti, ne ceno in hieme, aut pulvere in aestate, calcei sui maculentur.

## §. III.

**H**æc tota Chrysostomi dictio est, & studio prolixam hanc facundiam in medium expromere voluit, ut evidens & perspicuum nobis sit, quam ab illo ævo longè divertamus. Quæ enim ut piacula habebantur, nos velut inane ludicrum ridemus: nostro, an temporis vitio? Hinc liquet quædam à patribus severissime castigata, quæ nos in minuta numeramus: Chrysostomus hac ipsa oratione, ejus rei causam reddens: Nam etsi, ait, parva hæc peccata videantur, ac ideo negligantur, miserum tamen delictorum causas nobis præbent. Quod hic prorsus verissimum. Illud etiam jam clarum ex hac obfurgatione Chrysostomi, quam non otiose nos contra nimium & vitiosum corporis cultum agamus; res digna est acerrima insectatione. Sed permittes credo, Gerarde, Chrysostomum quod cepit, pertextere: sic in eundem luxum disserendo pergit. Quid facis homo? animam hac luxuria in cenam coniecisti. Eam in terra negligis detineri, & calcamentorum tanto more angere: discas usum ipsorum, & tanti ea facere pudebit. Quod si tu ab hujusmodi labe munda corpus calcamenta servare, cervicibus tuis aut capiti connecte. Rides hoc audientes; mihi autem lacrymandum potius videtur, cum sciam in his rebus vestra & resaniam considero, cumque intelligam corpus nos malle luto, quam calceos deturpare. Ita pusillanimitas, ac penitus molles hinc juvenes efficiuntur, erunt etiam alia ratione pecuniarum avidi. Nam qui vestibus, calceis, ceterisque hujusmodi valde inhære soliti sunt, cum multa in his rebus consumant, magno indigent pecunia cumulo. Quod si acciderit, ut ambitiosum etiam & ostentatorem patrem quissimam habeat, tunc verò hac turpissimam capti cupiditate, acriter servituti vinculis coarctatur: sui verò avarum, cogitur ad alia pejora confugere, ut sibi pecuniam ad impendia ista conquirat. Hac ratione multi ex adolescentibus atatis florem perdidit, & gnathones atque parasiti divitum constituti, ut hujusmodi cupiditatem atque animum suum expleant, turpia nimium ministeria subierunt. Quod igitur avarus, effeminatus, pusillanimitas atque otiosissimus sit, & ad omnem luxuriam promior qui hac optat, manifestum ex istis fecimus; quod autem etiam crudelis, ac inanis glorie cupidus, qui nunquam non insanus dubitabit? Crudelis enim est, qui cum vi-

derit pauperem, tantum sui ornatus curam detinetur, ut nec aspexisse quidem videatur: sed auro quidem atque serico seipsum ornat, pauperem autem fame deperire sinit. Inanis verò glorie cupidus est, qui vel minimarum rerum gloriam aucupatur. Ego quippe sic arbitror: Romanorum nunquam Imperatorum aliquem fuisse, qui se tantum propter trophæa sua jactaret, quantum luxu perdidit adolescentem, ob calceorum ornatum, ob vestis sitæ constructas, ob cesariem in modum pile tonsoris opere circumductam: nec puderet alienis artificum operibus gloriarum. Adderem alia his graviora &c. Et hæc Chrysostomi hæc de re sententia est. Cui nostra dissertatio, Gerarde, bilem moverit, huic ego litem non intendam: id unum à me audiet: Ad Chrysostomum abi, cum Chrysostomo litiga, Chrysostomus respondebit. Nunc, ut dixi, à pede & calceis, ascendamus ad caput.

## §. IV.

**V**erum, omnia capitis ornamenta insequi, mei instituti non est. Vix ulla fax aut viaticum ad tam longam narrationem sufficiat. E capitis cultu id dumtaxat sumam, quod nos collare appellamus, translata voce à canum vinculis Collaria nostra, ut scias, ferè cum lunis mutant, ita ut singulis pæne mensibus, aliqua collarum novitas se prodit. Perpetua hic mutatio, & sæpe ridicula. Jam collare densum, & multo sindonis volumine impeditum, jam è simplici telâ collo affunditur jam in orbem, jam pæne quadrangulum disponitur: jam ferro aut chalybe à prunis calente, jam asserculis ligneolis in plicas & sinus ordinatur, jam à lotionem temere plicatum collo injicitur. Memini, etsi facies mea nondum computet annos, cum è simplici bysso collaria in pectus usque, geminum cornu protenderunt; nec ita multo post dempti sunt apices, & cornua illa quasi forficte præfecta: quamvis & hoc pridem desitum. Cæperunt deinde collaria nimium quantum in humeros expancti, & tergum etiam vestire, credidisses mantilia cervicibus circumposita. Nec istud diu placuit. Vidimus dein è Galliâ aut Italiâ collaria advolare quæ velut alæ collam ambiebant, & linei candoris radiis cingebant. Sed neque ista ætatem tulerunt, jamque alia atque alia, semperque nova formæ in consuetudinem veniunt. Passim jam videas collare multiplici plicâ gravidum, quod instar valli, collum ambiat. Pleraque segmentata, rugata, & striata liberaliter.

Quid, quod nec idem color in collaribus placeat, qui olim. Ante annos aliquot nemini nisi candor in collaribus probabatur, & quod illa candidiora & magis nivea erant, hoc mundulis illis placebant magis. Jam verò & cærulea, & nigricantia & purpurea passim videas, seu filo, seu tincturâ sic facta. Gerarde. Equidem spero ad id ætatis me pervicturum, ut etiam prasina cernam & viridia collaria Polyc. Olim pepla crocea pulcherrima censebantur, quod ævi sui muliebre judicium Guilhelmus Peraldus Lugdunensis Antistes acriter perstringit. Sed tædet me proflus omnem hujus infanæ prodigientiam percurrere, & sæculi nostri pudorem tam multiplici delirio onerare. Illud constat, neque id ipsi rei inficiari possunt, nimium laboris & pretii in hoc luxu genere collocari. Femina fuit nostro ævo, numerum quam pietatis ditor, quæ eò deliciarum & luxu proceffit, ut in unicum collare lavandum, explicandum, & ad certas leges componendum, ipsos quinquaginta Philippos expendit solita mercede. Prodigium omnino nobile, & suspiciendum in re tam parvâ tam magni luxus! Sed navis & mulier nunquam satis ornatur, dicebat Cato. Ceterum majorem partem videre est in viris feminisque protensa nimium & in humeros excurrentia collaria, nimis exquisitè & operose simbriata, in quibus nimium & opere & pecuniæ ponitur; neque alio nomine hæc culpa purgatur, nisi quod plerumque dicant, ita moris esse; hos, & illos, & istos idem facere, se illis non æquales

Luxus calceorum magnas delictorum causas nobis præbet.

Idem.



les tantum, sed & superiores esse tam censu quam sanguine, aut dignitate, si illis hæc & hæc liceant, eadem sibi potiori jure licitura. Sic ad aliorum mores pridem damnatos, componimus nostros; peccatis à peccantium multitudine patrocinium querimus, atque per aliena exempla perire pulchrum ducimus.

## §. V.

**E**T quid de aliarum vestium fastu, lasciviâ, luxu, novitatibus innumeris dicemus? Repeto; face iterum & viatico foret opus ad narrationem tam prolixam. Ausim iterare quod dixi: novus dies, novas vestes videt, ad eod nihil neque nimium, neque satis diu bellum & elegans nobis videtur; pæne quotidie novitia repertura emergit, quæ pretium sæpe à novitate metitur. Adjicit ornatus proxima quæque dies.

**Pileus** jam fastigiatus caput circumtegit, jam depressus jam acuminatus placet, jam in rotunditatem planus, jam cum spirâ, jam sine spirâ elegantior habetur; jam cinerei, jam candicantis, jam mustelini aut cervini coloris præfertur. Pallium modò simplex, modò alatum est, jurares vespertilionis exuvias esse. Et an non istud insignioris luxus nobile argumentum, cum pallium è lanâ, quantum quantum est holoserico subducitur, quasi tegere velimus expensarum superbiam, dum maximè ostendimus. Et quis thoracis patriam investigaverit, quem modò ex Galliâ, modò ex Italiâ, ex Hispaniâ modò petimus, jam discitum, jam institis obductum gerimus; quandoque singularem elegantiam censemus, vestis materiem omnem fimbriarum numero cælare. Manica quæ modò ample, arctissima, & ad brachium stricta. Et quis omnes caligarum figuras explicet? Calige nunc ad genu, nunc infra, nunc supra genua clauduntur, nunc laxa, nunc adstricta sunt; jam volitant & genibus illudunt, jam in globum aptantur: modò folliciant, modò crassa factura intumescant; aliqui Gallos caligis, alii Anglos iis emulantur. Ligula olim in eum duntaxat usum erat, ut caligas thoraci ne cederent: nunc numerosa ligularum agmina, totis caligis sparsa, puerilem proflus, & ridiculam concinnitatem exhibent. Verè, ut verum verbum habet, Africæ aves sumus. Omnia hic varia & pæne in dies nova; infinita series est mutationum cum statim moritura novitate. Neque tantum se circumspiciat qui has novitates excogitare, sed & qui sequi scit & imitari. Sed & alius argue alius in veste color placet: ater, nimis lugubris est; lanæ natus, simplex nimis. Luxuria vestibus quoque provocavit eos flores qui colore commendantur. Vestes quarimus non solum quæ muniant perpinguedinem, sed quæ mulceant per molliem: nec solum quæ per molliem tactum mulceant, sed quæ per colorem oculos seducant. Tertullianus eleganter & facetè, versicolorum vestium & purpuræ ulum perstringens: *Nimirum Deus, inquit, demonstravit succis herbarum, & concharum alveis incoquere lanæ. Exciderat illi, cum universa nasci juberet, purpureas & coccineas oves mandare.*

Et quod quies, vestium partim pondere, partim tormento miserè vexamur! illum calceus urit, tolerat tamen; istum thorax constingit, tamen dissimulat; hunc frigus ultro advocatum contrahit, non tamen queritur, ne sua vesti pereat venustas.

O curas hominum! reliqua taceo, quæ ipsa per se oculis loquuntur: sileo aurium vulneta, olim ulitata, quasi satis anulorum digiti non caperent; omisso nebulis lineas, ventos textiles, topas vitreas, ut Arbiter & Varro loquuntur: oratione nemo satis evolvat tot tannias, tot redimicula, tot strias & fimbrias, tot undas & uncinulos, tot globulos & clavos. Nam habitu ad omnem novitatem mollis elegantie assidue correcto, peregrina semper magis æstimamus quam nostra: modò aliunde sit forma vestis quæcunque, mox in laudem tra-

hitur, nec formam tantum, sed & materiam vestis peregrinam amamus, lanam, & rudioris naturæ beneficium spernimus. Peregrinitas ubique gratiam reperit, à quæ res quæque pretium possidet. Quis vestes parat in quod inventæ sunt? victum cultumque ad nova identidem exempla componimus. Hinc luxur noster transalpino serico pretium fecit; hinc non mollissimis tantum pelibus contecti, sed serico splendore ad luxuriam vibrantes, vestium ambitiosa pretia mirè augemus. Non est locus ut desceam satis, aut ut satis exerceat ludibria hæc externorum habituum, quos nobis ab extremis mundi finibus furibunda præfens ætas intulit, & etiamnum quotidie infert.

Minatur Deus per Sophoniam: *Vistabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui indui sunt veste peregrinâ.* Divus Leo Pontifex de Româ vetere: *Hæc civitas, inquit, ignorans suæ protectionis auctorem, cum pæne omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem. Idem ego pæne ausim dicere de Germaniâ, quæ cum suos in omnium nationum terras emittat, omnium nationum ritus recipit, & magnum sibi videtur adsciscere ornamentum, si nullum respuat peregrinum habitum. Vis videre vestitu Gallos, Italos, Hispanos, Anglos, Polonos, tantum Germaniam lustra, & videbis.* Iusserat sibi, ut ferunt, Turcarum Imperator, omnium gentium habitum vestitumque pingi. Picci Puteant, ubi plurimarum nationum diversissimas vestes expressisset, hominem induso teetum statuit, & juxta varii generis pannos. Hanc picturam suam interpretari jussit: *Hi, inquit, Ungari sunt, hi Poloni, hi Galli, hi Britanni, Itali ista, & de aliis. Ubi ad hominem illum investem devenit, Hic, inquit, Germanus est; certâ vestitus formâ pingi non potest, nam quotidie novam excogitat. Rem dixit hic pictor. Hinc videre est peregrinas omnis stultitiæ ineptias, & coricium lasciviæ habitum ornatumque, unde ferè nec in moribus quidquam patrii ac vernaculi superest. Tanquam originis pudeat, hoc unum omnes agunt, ut videantur à majoribus de-scivisse. Et hæc illa ornamenta sunt, quibus superbus cinis nescio quam altum stemma mentitur, & pæne Adamum transilit.*

## §. VI.

**I**nterjungamus hic paullisper. Ecquid, Gerarde, hoc libri est quod manu tenes? GER. En nomen auctoris in fronte. POL. Non hoc quero. GER. Quid ergo? POL. Quod gaudeo me non reperire. GER. Ergo suspicabaris mali quid latere? POL. Metus potius quam suspicio erat. & quid apud te dissimule? mores ævi nostri corruptissimos jam nosti; nihil non audent. Hinc aliquibus non satis est domi, horas optimas pessimè contere in spiciendo speculo, libellis etiam inferi, & unâ compingi curant speculum, ut ubi demum locum sunt, vitrei hujus judicis responsa in promptu habeant. Et quoties aliqui de die domesticum hoc oraculum consulunt, quantâ patientiâ responsum quantumvis prolixum præstolantur, quàm sollicitè oculos in omnem partem flectunt, ne quid navili industriam oculorum effugiat. Vah! vanitatem vanissimam! *Qvane quid speculum consulas? mores tuos intueri, conscientiam tuam inspicere, in Christum crucifixum oculos conjicere, hoc tibi speculum, & opifex splendor crucifixus sit, in hoc non fabram levitatem, sed cruenta tubera, & alta vulnera considera. Quid vis speculum omni occasione consulere, anxie inspicere, cum tamen cognito Deo & ademptâ placendi voluntate, per luxuriam vacationem, omnia illa ut otiosa, ut hostilia pudicitie, recusantur. Nam ubi Deus, ubi pudicitia, ubi gravitas adjuvix & socia ejus. Tertullianus, quasi pudicitie undinatrice eas feminas habet, quæ (ut loquitur) consilium formæ à speculo petunt. Potiori jure & in viris hoc ipsum reprehendit. Verissimè Seneca: *Iam speculum, inquit, ornatus tantum causâ adhibetur, nulli non vitio necessario**

cessarium







*Matth. 23. 1.* tunc Dominus tuus dicit: Non potes facere capillum unum  
*vers. 16.* album aut nigrum; & tu ad vincendam Domini tui vocem  
 ris te esse potiorē? Audaci conatu & sacrilego contemptu cri-  
 nes tuos inficis, &c. Non metuis, oro, que talis es, ne cum resur-  
 rectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscatur, & ad sua  
 premia & promissa venientem removeat & excludat; incre-  
 pans vigore censoris & iudicis, dicat: Opus hoc meum non est,  
 nec imago hec nostra est; eutem falso medicamine polluiti, cri-  
 nem adulteri colore mirasti, expugnata est mendacio facies, si-  
 gna corrupta est, vultus alienus est. Deum videre non poteris,  
 quando oculi tui non sunt, quos Deus fecit, sed quos diabolus  
 inficit. Illum tu sectata es, rutilos atque depictos oculos serpentis  
 imitata es de mimico tuo compta, cum illo pariter & arsurā.

*Opt. lib. de* corporis colendi studio, universē sic sentit Cyprianus:  
*lib. 1. de* Ornamentorum, inquit, ac vestium insignia, & lenocinia for-  
*mal. corp.* mularum non nisi prostruunt & impudicis feminis congruunt. Et  
*mod. for.* est ipsa non peras, alios tamen perdas & velut gladium te &  
 venenum videntibus prabeas, excusari non potes, quasi mente  
 casta sis & pudica. Redarguit te cultus improbus, & impudicus  
 ornatus.

*Carm. de* Gregorius Nazianzenus: Quod si ob adfictitiam for-  
*ma. mod.* mam, inquit, ita inolevis, nunquam certe pudicum animum  
 habebis, utpote qui sicutum avertatur.

*Hom. 4. c. 1.* Chrysostomus, huic vitio verecundam honestatem  
*1. c. 1. ad* opponens: Quae ingenuitas, inquit, delibata non pergit, quae  
*For.* faciem nequaquam fucis atque coloribus pingit, quae Dei con-  
 tenta officio nihil ex se addere quasi arte molitur. Quid enim  
 studium tuum, quid artem consummatio a Deo officio admo-  
 vere praesumit, atque ad auctoris injuriam ornatur?

*Abster in* Sed & profani scriptores hunc corporis cultum vi-  
*for.* tuperant. Optime dixit praeus satyricus: Color arte com-  
*Simoneides* positus inquinat corpus, non mutat.

*Theopha-* Theophylactus Sophista feminam aetate progressam,  
*act. 3.* suavi vituperio abtracturū ab hac infania: Naturale,  
 inquit, ornamentum tibi praeteriit, & ad rugas properat elegan-  
 tia. Tu verò veritatem obscurare conaris fictitio ornatu.  
 Quid frontem sputo & cerussa signas? obtempera temporis. Non  
 enim decent prata in autumno flores. Memineris etiam mortis,  
 cui vicina es, & modestiam ex necessitate discere colere. Alioqui  
 senium & juventam afflicti injuria: hanc enim promittens, fru-  
 strari; illud autem possidens adulterare conaris.

*En,* undique vapulant purpurissatæ genæ: sacri juxta  
 & profani scriptores stibium & cerussam ab honestis  
 matronis removeant. Ergo vilior ei honestas est, cui pur-  
 purissimum & fucus tantopere commendatus est.

*Finio* cum Tertulliano qui hic agmen duxit: Quare,  
 inquit, meditemur duriora, & non sentiemus; relinquamus la-  
 tiora, & non desiderabimus. Stemus expediti ad omnem vim,  
 nihil habentes quod relinquere timeamus. Remacula ista sunt  
 spei nostrae: proiciamus ornamenta terrena, si caelestia optamus.

*Multa* dixi hoc capite, sed in summam colligam, quae  
 dixi. Quidquid carnem olet, nil sanctimoniae spirat:  
 quod Corpori jucundum & pulchrum, Animo plerun-  
 que noxium: Conscientiam non curat, Caecites parum  
 honorat, qui corpus nimium amat.

## CAPUT VI.

De cultu Corporis quid sacræ paginae,  
 & sancti Patres sentiant.

*1. Tim. 2. 9.* *vers. 17.* **E** veste virum noveris. Nam, amictus corporis, & risus  
 edentium, & ingressus hominis enunciant de eo. Ut risus,  
 ut sermo, ut incessus, animi cogitationumque charactē  
 & nota sunt, sic & habitus non immerito esse perhibetur.  
 Vestitus levis, levis; muliebris, effeminatus; mon-  
 strosus, monstruosus; plus aequo nitidus, ostentationis  
 amator; ac vicissim gravis prudentem, modestus continen-  
 tem arguit: atque ut ille probum, sic iste laudem  
 Domino suo conciliat. Minatur olim Deus severē, om-  
 Tom. I.

**A** nem cultum corporis auferendum, & in illā die, inquit  
 Isaias, auferet Dominus ornamentum calcamentorum, & lu-  
 mulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, &c.

*Esther* quamvis reginarum amplissima, tamen im-  
 minente suis fatali periculo, vestem regiam omnemque  
 mundum muliebrem ponens, & indumentis ad luctum  
 vestita, has Numini preces supplex admovit: Tu sis ne-  
 cessitatem meam, quod abominer signum superbiae & gloriae  
 meae, quod est super caput meum in diebus ostentationis meae, &  
 detester illud. Quibus illa verbis luculentē testata est Or-  
 bi, quantum oderit cultum corporis, qui verē signum  
 est superbiae. Hic ego non diffiteor, terri me sapientius il-  
 lo Christi monito, de Epulone purpurato: Homo quidam  
 erat dives, & induebatur purpurā & bysso. Tantine res fla-  
 gitii est, o Christe, byssinā & ostrinā veste amicti? ne-  
 que enim alienā vi aut dolo rapuit, ut purpuram & bys-  
 sum emeret, nec opifices manupretio fraudavit, nec  
 mercedem famulis negavit, nec invasit alienā; de suis lo-  
 culis, & re suo hac sibi comparavit, & ut videtur, digni-  
 tati & opibus congruē se vestivit. Et tamen sepultus est  
 in inferno. In hoc ei sepulchrum viam stravit, de bysso &  
 purpurā vestitus. Horreo cum cogito. Hunc mihi horro-  
 rem augeat Divi Gregorii verba: Sunt, inquit, nonnulli  
 qui cultum subtilium pretiosarumque vestium non putant esse  
 peccatum. Quid si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo  
 Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives qui torqueretur apud  
 inferos, purpurā & bysso indutus fuisset. Nemo quippe vestimen-  
 ta pretiosa nisi ad inanem gloriam quarit, ut honorator cete-  
 ris esse videatur.

## §. I.

**G**ERAR. At decorum est egregiē vestiri. *Pol. Mos* Madagascari-  
 est, nec tu id ignoras, vilia & foeda coloribus & fu-  
 co venalia facere. Hoc illustrium vestium collidum mu-  
 nus est, ut viles & abjectos animos velent illustri fuce.

*Ita* profundissimum cœnum vestit fragilis indignā fron-  
 de celsus, ita fumum nives induunt, nec ipsis anguibus  
 pulchram veneni tegmen versicolore tergo, & squamis  
 fulgentibus deest. *GER.* Honori est, exquisitē indui. *Pol.*  
 Pudebit te cultus exterioris, quod quid eo regatur,  
 cogitabis. Infana enim est ambitio, fumum operie pur-  
 purā. *GER.* Equis reprehendat vestes quā mundissi-  
 mas habere? *Pol.* Non audisti quid ille vir fortissimus  
 apud Crispum dicat: *Munditiam* mulieribus, laborem viris  
 convenire. Et quamvis sequiori illi sexui divus Paulus  
 pluseculum quid ornamentis concessit, aurum tamen &  
 argentum & vestem pretiosam adimens: *Non in tortis*  
 erubescitis, inquit, aut auro, aut argento, aut margaritis, vel ve-  
 ste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per  
 bona opera. Eiusdem animi & divus Petrus: *Quarum, in-*  
 quit, non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut  
 indumenti vestimentorum cultus. *GER.* At vestitus insignis  
 auctoritatem addit. *Pol.* Saxillimē minuit, dum suspici-  
 onem auget, cum vanissimā curā placendi laborare,  
 qui has sibi phaleras circumdat. Et saepe cultus corporis  
 qui ad famam quaeritur, ritum mover: nec ullā re pejus  
 sibi consulit deformis homo, quā cum formosus vult  
 videri: quod si natura ei formam non inviderit, quid  
 adfictitius his pigmentis naturalem gratiam corrumpit?

*GER.* An non festi dies plus cultus indulgent corpori?  
*Pol.* Cadaveri, dicas. Pone in feretro aureo cadaver  
 pallidum, gemmis illud ostrisque circumdat, quo plus or-  
 natus, plus & horrore erit. Et ne ad injuriam trahas  
 quod dixi, origo nominis inquirenda est. Cadaver a ca-  
 dendo dicitur: mortui corpus cecidit, vivi calurum est,  
 caditque continuē, semper enim morimur quamdiu vi-  
 vimus. Ita exilii discrimine, istud ab illo discedit. Hoc  
 censu Jacobus Apostolus: *Agite nunc divites, inquit, plora-*  
*re & ululate in miseriis vestris, quae advenient vobis. Divitiae*  
*vestrae putrefactae sunt, & vestimenta a tineis comesta sunt. Fa-*  
*ctum* dicit, quod ceret & proximē futurū erat ut fieret.

N n

Tertul-



Tertullianus interrogans: Quo pacto, inquit, pudicitiam sine instrumento ejus, id est, sine gravitate tractabimus? quomodo autem gravitatem administranda pudicitia adhibebimus nisi & in facie, & in cultu, & in totius hominis contemplatione severitas circumferatur. Nam, ut idem testatur, Pudicitia Christiana satis non est esse verum & videri. At verò quā ratione in illo videatur, qui tantopere studet, ut Tertullianus loquitur, sese expingere?

## §. II.

**M**agnus Basilius, hic velut legem condens saluberrimam: Quidquid necessitas, inquit, usum excedit, vitandum, neque corpori plus ornatus dandum est, quam quantum anime prosit. Non minus eleganter & verè Ambrosius: Neglecta, inquit, decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod nos non ornatus, ornatus est. Eximius hac in re Bernardus nobilissimè de cultu corporis philosophatur, & Serica, inquit, & purpura, & rincturarum fucus, decorem habent, sed non prebent: quidquid tale applices corpori, exponit speciem suam, non deponit. Secum denique tollit, cum tollitur ipsum. Porro decor qui cum veste induitur, & cum veste deponitur, vestis procul dubio est, non vestiri. Tu ergo noli emulari in malignantiis & mendicantibus pulchritudinem alienam, ubi perdidit suam. Eiusdem divini doctoris sensu, mollia dicuntur vestimenta, quia mollem faciunt, aut esse ostendunt: Mollia, inquit, indumenta, animi molliem indicant. Idem de modo bene viti. Mollibus vestimentis delectatur regis curia: asperis verò & humilibus delectatur Christi Ecclesia. Talia debent esse vestimenta servorum & ancillarum Dei, in quibus nihil possit notari novitatis, nihil superfluitatis, nihil vanitatis, nihil quod pertineat ad superbiam, aut ad vanam gloriam. Nam, quanto amplius in compositione corporis latamur, tanto magis à superno amore disjungimur.

Orabat sapientissimus Salomon, tantum victui suo tribui necessaria, non superflua. Habentes (inquit Apostolus) victum & vestitum non ornatum. Alius quidam Sanctorum: Si dederit, inquit, mihi Dominus panem ad manducandum, & vestimentum quo operiar. Nota, quo operiar. Sic ergo, & nos, inquit Bernardus, contenti sumus vestimentis quibus operiamur, non quibus lasciviamus, non quibus superbiamus, non quibus mulierculis vel simulari vel placere studeamus. GERAR. Sed hoc faciunt ii quibuscum habito: si non facio quod ceteri, notabor quasi numero velim eximi, & esse singularis. POL. Licetne, Gerarde, tuā veniā Bernardi responsum addere? GERAR. Cur per me non liceat? non est auditoris, magistro legem dicere.

**POLYCH.** Addo ergo querelā tuā Bernardus sic respondet: Propterea exi de medio eorum, ne aut in urbe notabiliter vivas, aut exemplo percas aliorum. Quid agis in urbe delicate miles? Commilitones tui quos fugiens deseruisti, pugnant & vincunt, pulsant & intrant, calum rapiunt & regnant, & tu sedens super ambulatorem tuum, indutus purpurā & bysso, circius plateas, vicos perambulas? Purpura non pulsas libidinem, non superbiam, non avaritiam repellit, & si qua sunt alia lignea inimici jacula non exstinguit. Denique quos magis metuis, febrem non prohibet, mortem non arceat. Vbi sunt arma bellica, ubi sentum fidei, ubi galea salutis, ubi

Lib. de ligno patientia lorica? Laurentius Justinianus operosissimè cultum corporis gravi censurā notans: Sicut, inquit, continens ac pulchus vilibus induitur vestimentis, ut se oculis divine majestatis exhibeat mundum: ita impudicus ac incontinens, ut videatur magnificus, satagit vestiri pretiosioribus ac mollibus.

**Ephrem** hic aptè interrogans: Quid lucramur, inquit, vestimentorum cultu, & ornato elationis amictu, nisi ignem inextinguibilem?

## §. III.

**Gregorius Magnus** originem indagans cultus qui corpori impenditur: Res ipsa, inquit, testatur, quod pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quaratur. Nemo vult ibi pretiosius vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri.

**A** Divus Hieronymus de Pauli defuncti Anachoretæ tunicā, velut de optimis spoliis triumphans: Vos, inquit, in tunicis aurum textis, ille ne vilissimum quidem vestimentum habuit mancipii vestri. Sed è contrario illi quidem pauperulo paradisi patet, vos auratos gehenna suscipiet, ille vestem Christi, nudus licet, tamen servavit, vos vestiti serici, indumentum Christi perdidistis. Aureus ille Constantinopolitanus orator Chrysostomus, tam disertè quàm copiosè de cultu corporis hæc pronuncians: Audiant, inquit, operarii & qui luxuriantur in vermium operibus, & vestiantur sericis, discantque quomodo ab initio humanam naturam misericors Deus docuerit. Pelliceas vestes fecit eis ut confusionem Pellicei tegerent: quo docuit nos ut mollem & dissolutam vitam fugiamus, nec inertem & remissam sectemur, sed magis austeram amplectemur. Itaque vestium amictus continuum nobis sit monimentum, quo memores sumus quantis bonis exciderimus, & nos docet discamus quanto supplicio humanum genus ob obedientiam sit recte affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto utuntur apparatu, ut tam rari jam usum lanae prorsus audire nolint, sed serico vestiantur, eoque infanie pervenerit, ut aurum vestibus intexant. Imprimis autem mulieres huic molliciei deditæ sunt. Quare, obsecro, corpus ita ornas, & gaudes ejusmodi ambitu? Non cogitas quod pro magna supplicio, propter transgressionem, regem hoc excogitatum est? Et quare non audis Paulum dicentem: Habentes victum & amictum illis contenti sumus? vi.

**GERAR.** O mi optime Chrysostome, quàm apud multos tam sacros quàm profanos, tam Ecclesiasticos quàm politicos, antiqua nimis est & simplex hæc tua oratio! hæc illi monita, etiam millicies ingelta, & occentata millicies, non pensant habent. Te in cathedrā clamantem non turbant, audiunt monita, at interim domi, non quod tu mones aut jubes, sed quod illis lubet, faciunt, & pro more nostri avi dicunt: Fuit vehemens oratio. Hic omnis illorum profectus est, concione hærent luto, nemo est qui dicat: Rei sumus, emendemus nos. **POLYCH.** Sed non terretur Chrysostomus, qui omnem luxum perosus, sic pergit: Quali veniā dignandis sunt, qui & in vestimentis multam vanitatem ostendunt, quod gravissimum, in his superbiunt: Si omnia qua intrinsece posita habent, indigentibus divites distribuere, neque sic supplicium effugerent eorum peccatorum (nota Gerarde) que in delicis vestium & conviviorum admittunt. Quo enim supplicium non sunt digni, qui modis omnibus dant operam, ut serici & auri intertextis induantur, & post se pompam trahunt in fore, Christus verò nudus obambulat necessario alimento destitutus. Post pauca: Quot pauperum ventres poterant inde pasci, & quot corpora nudè agentium poterant contegi ex his quæ à solo collo & humeris pendunt, nullus alterius usus gratiā, quàm in damnum & nocumentum anime? Et ut dictorum caullam reddat: Hoc enim studium, inquit, in ornando corpore inter-

**D**nam indicat deformitatem, & huius delicie illius manifestam faciunt famem, & huius vestium sumptus illius indicat nuditatem. Impossibile enim est aliquem agere curam anime, & tantis facere corporis pulchritudinem ac ornatum, sicut & impossibile, in externo illo cultu tantopere occupatum, illius agere curam. Ita, Chrysostomi sensu fieri non potest, ut exteriorum cultum adeo efficeret, cui quidem curæ sit animus. **GERAR.** Chrysostomus hæc solis mulierculis obijcit. **POLYCH.** Ignoscat mihi tuus genius, mi Gerarde, erras luculentè: etiam viros ob hanc colendi corporis infaniam acriter reprehendit. Et en verba Chrysostomi tomo quarto, homilia vigesima octavā in caput XII. Epistolæ ad Hebræos. Lege, lege, hæc illius verba sunt: Non enim mihi sermo ad solas mulieres dirigitur, sed etiam ad viros, omnia enim reliqua quæ habemus, supervacua sunt. Soli pauperes supervacanea & vana non possident, fortassis autem etiam ipsi ex necessitate. Ceterum si liceret, neque illi prorsus abstinerent.



abstinent. Ita Chrysostomus ad verbum. Si quis contradicat, huic ego non aliud, quam quod supra insulsum: Ad Chrysostomum abi, cum Chrysostomo age, Chrysostomus respondet. GER. Do manus, magis a te victus sum, quam ab Apolline Marfyas. Por. Ergo jam ad alia.

## CAPUT VII.

Cultus corporis nimius, quam à ratione, & prisci nostrique ævi legibus alienus sit.

**S**olebant Indi reges majorum suorum cada vera igni siccare, deinde in palatii penetrali pretiosis funibus suspendere, auro & gemmis ornati, sic ornata servare, & pæne adorare. Ridenda superstitio, sed an nos non etiam in illa sumus, qui corpus in cada vero fam tabem brevi abiturum sic comimus, sic ornamus, sic excolimus? Num hoc cum ratione & rectè fieri dicendum? Sed hic opportunè monuerim, nullum mihi sermonem esse de habitu cuius hominum ætati & ordini conveniente. Sunt certæ inter homines (quis nescit) distinctiones & gradus ab ætate, ab nobilitate, ab eruditione & virtute, ab officiis & dignitate, sunt & certa pro his gradibus vestium discrimina, de quibus ego hic nihil neque illos philosophos audio, qui omnes attrito pallio suo amittunt, hic solum contendunt, nec omnem, nec nimium cultum corpori esse indulgendum. Quod probè solo rationis ductu intellexit Saladinus, ille Christianorum olim terror, qui cum Syriam, Ægyptum, & Africæ bonam partem subegisset, morti jam vicinus in cogitationem hanc serid descendit, & solam interiorem tunicam, pro omni pompâ funebri, in hastâ sublinem ferri iussit, cum acclamatione: Hoc unum ex domitore Orientis restare.

## §. I.

**O**blecro te, quicunque corpori plus aquo faves, & rationi tam audeat insulas, intrare Adami purpuratorum habebat indutus, sed nō ostro rubefactam. Non malè Demosthenes quondam purpurato alicui insolentius sese jactanti, ad aures immurmurans: Heustus, inquit, hoc ante gestabat ovis. Et quoties sub tali ove ferocia lupina, pigritia asinina, vulpina astutia, superbia pavonina dilatescit? Sunt in Palæstinâ poma Gomorrhæa, quorum intrinsecus favillaceam fuliginem extrinsecus ambitus elegans & formosus quidem continetur, si hæc vellevi tactu premantur, fumum exhalant, & in vagum pulverem fatiscunt. Simillimum huic pomum corpus humanum est, quod sæpe cinnama fragrans, balsama torans, & vario comptu elegans est, sed prematur nonnihil sepulchro purpurascens hoc pomum, quid exprimeretur præter pulverem, fæctorem, fanem? Non immeritò castigat olim Athenienses suos Græcus Cicero, quod cum in Philippum Macedonem eundem esset, cum aggeres muniendi, miles colligendus, exercitus instruendus, ipsi turres & mœnia dealbarent. Quid nos facimus aliud? carcerem nostrum dealbamus, cum instygium draconem juratum & æternum hostem nunquam non sit pugnandum, cum mille alia potius agenda sint. Num hoc rationi congruum? Refert è Senecâ Augustinus, ille antistitum Antistes, apud Romanos in Capitolio idolis ex more lumina accensa, velut in tenebris agentibus, salutantium nomina pronunciata tantam audientibus, speculum quasi videntibus ostentum, capillamenta pexa, uti sentientibus; eadem etiam illas statuas aquis lotas, strigilibus frictas, unguentis permultas, lineis exterfas, velut veros homines. Quam imitantur avidè hanc impiam religionem! Idolum habemus Corpus: hoc lavatur, hoc ungitur, hoc comitur, hoc colitur. Ubi speculum animo, ubi lavacrum, ubi unguentum? Ah, sordescit Dominus, dum servus bene nit.

Tom. I.

**A**tidus incedit, herus calcatur, dum extollitur mancipium; princeps conspuitur, dum subditus adoratur; rex cruciatur, dum epulatur famulus; necatur imperator, dum triumphat gregarius miles. Et hoc profus contra omnem rationem. O improbum mancipium, ô execrandum idolum! quod in suum dominiqûe sui malum tantis impendiis exornatur, quod videri vult & conspici, quod locum ambit eminentem, quod omnibus servitiis vult coli, proximum est ut facies ei accendamus, & adoremus. An non hic & ratio & veterum exempla gravissimè reclamant? GER. Optimè hæc quidem à ratione ducis, sed non æquè ab exemplis veterum, qui ab hac sapientiâ longissimè diverterunt. Et si quidem de corporis cultu sit sermo, quæ non hic portenta habuit priscum ævum.

## §. II.

**F**emina fuerunt, teste Antiphane, quæ crocodili excrementis faciem politent. Hem, cruditam infatigabilem, & ô dignas quæ hoc vultus sui medicamen etiam glutirent. Clemens Alexandrinus jure graviter indignatur: Ter enim, inquit, non semel digna sunt ut pereant, quæ gog. cap. 2. crocodilorum excrementis utuntur, quæ spuma sepium tinguntur. Poppæa Domitii Neronis Imperatoris conjux quingentas secum per omnia trahens feras asinas, balnearum folio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cures & vultus candorem servari credens. Ajunt enim ab hoc lacte faciem erugari & tenerescere. Hæc eadem, etiam in exilium relegata, suas secum asinas trahebat. Affirmat Plinius, notum esse quasdam etiam Romanis feminis, quotidie quingentas asinas custodito numero in hanc ipsam curam fovere. O scyllas & charybes patrimoniorum, quæ per hunc unum corporis cultum profusissimâ luxuriâ torbentur! Et quod illud monstrum, non femina, quæ, ut Umber poëta canit, incedit census induta nepotum.

**P**linius visam à se ait Lolliam Paulinam Caii Principis matronam, ne serio quidem ac solenni cæremoniarum aliquo apparatu, sed mediocriter etiam sponsalium cæna, sinaragdis margaritisque operam, alterno textu fulgentibus toto capite crinibus, ipsis auribus, collo, manibus, digitisque, quæ summa quadringentes HS. colligebat: ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare. Portentum & prodigium in Oceanum deportandum! una mulier, uno corporis cultu \* decies 1000000 centena millia philippeorum gestet sibi circumposita? Queritur jure Seneca, & : Vultu, inquit, unione non singulos singulis auribus comparatos: jam enim exercitata aures oneri ferendo sunt: junguntur inter se, & insuper alii binis superponuntur. Non satis muliebri infamia viros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pependissent. De benef. c. 9. Christianis feminis Tertullianus: Ajunt & de frontibus draconum, inquit, gemmas erui, sicut & in piscium cerebrum latidostæ quadam est. Hoc quoque dedit Christiana, ut de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite ejus, cervicibus suis aut ipsi capiti ornamenta struit. Neque hic sexus immodico tantum pretio subinde, sed & nimio studio animi ergastulum adornat, & hoc anxie agit ut omnia corporis æquabiliter sint ad regulam, ut incessus ad artem compositus, vestigia nihil extra mensuram aberrantia dirigat, ut caput aliquot horis ornatum decore emineat, ut denique omnia cultum præ se ferant & gratiam, velut si de arcâ prodirent, aut, ut Seneca loquitur, de capsulâ rota.

## §. III.

**A**t ne solæ femina in jus ambulent, & luxum luant, etiam viri olim in hac noxâ sunt. Quis nescit quam sollicitè nitorem & venustatem vestitus consecrati sint Demosthenes & Hortensius; quorum iste diem collegæ dixit, quod ei in loco angustiore fortè obviis, togæ structuram disturbaverat. Ita, mi Polychroni, ventus.

N n 2

tercs



terres ne nimium laudales iis non malae, sed victrix legum audacia in colendi corporis studium certatim se effudit. Porro. Quid cum prodigiis aut larvis luctemur? quod si à prisci aevi moribus patrocinium queras cultui corporis, frustra es, & tuo te jaculo fauciarum videbis, iisdem tibi nominibus occuro. Constat, illum ipsum oratorem Graeciae Demosthenem propter nimis accuratum exquisitumque cultum, probris saepe laceratum fuisse. Fecit ergo quod nec illius quidem saeculi homines probabant. Hortensium item Censorum & reprehensorum voculas ob nimiam mundiciem, nimisque affectum decorem haud effugisse. Si remeio suo dignam Hortensius fecisset, in hanc reprehensionis notam non incurrisset. Quin & ipsi feminis Romae lex Oppia, nec veste varii coloris uti, nec auri plus semiuncia habere permittebat. Et nostro aeo an non bonae leges, & pravi mores inter se pugnant? quam praecelatae multarum urbium sanctiones sunt in hoc vestium luxu abolendo?

Lex Oppia non permittebat Romae feminis uti veste varii coloris.

Constit. Imperiales, in Reform. Polit. c. 9. 10. 11. 12. 13. ad finem totius.

Promulgantur, & non servantur, tabulae figuntur & negliguntur. Quam seridè edixit Augustissima memoriae Imp. Carolus V. ne quis fraudem faceret legi seu lae seu ferendae circa rem vestiarum. Edita est Augustae Vindellicorum, anno 1548. Reformatio politicae Imperialis, quae ut legis dicendae causam exponat, vestitus insolentiam his ipsis omnino verbis perstringit: Modus autem vestium ac ornamentorum, cum in tantum luxum deveniret creveritque, inter dominos, equites, nobiles, cives, & colonos seu agricolas, hoc pacto modoscitur: ut idcirco non solum privata persona, verum etiam nationes & provinciae inde extenuentur, egentioresque efficiantur: videlicet cum per aurea, argentea, sericaque indumenta, per Dammasena, Attalasena, Bysina, aliisque peregrinos pannos, mitras, margaritas, uniones, qui hodie abusus ad luxum magnus est multisque in Germanica natione, ex qua trajiciuntur atque avehantur in peregrinas & alienas regiones ingens pecuniarum copia: ut interim de livore, odio, atque invidia in diminutionem ac detrimentum Christianae dilectionis conticeamus. Quandoquidem igitur in tantà luxuria, & ut ita dicam, pretiositate & prodigalitate immodestia exuberat, sic ut inter Principem & Comitem, inter Comitem & Nobilem, inter Nobilem & Civem, inter Civem & colonum sive agricolam, nullum discrimen nullaque agnoscat differentia. Idcirco &c. Quid aliud diceret è cathedra religiosus Ecclesiasticus? Ne igitur commune malum deslere solum videatur Imperator, & inaniter queri, etiam imperat & coërcet: inter cetera & hoc quod maxime mireris: Porro (verba legis sunt) Nobiles, sericas, aut carmasinas arlasinas vestes non gerant. Ergo Nobiles serico abstineant: ergo natales suo corio aut panno patrio abundent? ergo nefas iis veste serica aut holoserica uti? certe sic lex jubet. Sed quis legi pareat? jam etiam textores, cerdones, sartores in totas sibi vestes holosericum conscindunt, quod viris nobilibus, in fimbriis solum lex permittit, quae & addit: Nobilibus torques aureos non nisi involutos, pro veteri ritu, nec ultra ducentorum florenorum licere gestare; evolutos torques, & sine fasciâ, tantum equestri dignitate auctis permitti. Eadem lex Baronibus & Comitibus vestes intertextas, seu Attalicas penitus interdicit, & nec fimbrias quidem tales assui concedit. Tu illic reliqua vide, & miraberis legibus tam probatis, mores tam corruptos invaluisse; quamvis etiamnum maximorum virorum modestia sibi constet, & communem furorem exemplis luculentis damnet. Sed hoc ipsum uberius jam demonstrabimus.

### CAPVT VIII.

In cultu corporis quanta maximorum virorum fuerit modestia.

Leffius de Iure & Iust. l. 4. dub. 14. Cur. lib. 3. cap. 10.

Modestiam cultus appello eam virtutem, quae decorem in cultu corporis, & alio rerum externa-

rum apparatu servat. Alexander Rex Macedo, hoc etiam nomine Magnus, & jure laudandus, quod ei cultus corporis habitusque paullulum à privato abhorrens fuerit. Cumque corpus à labore calidum adhuc & sudore persufum, in Cydno amne pararet ablueri, decorum quoque futurum ratus est, si ostendisset suis, levi & parabili cultu corporis se esse contentum. Augustus Imperator, vel hoc ipso nomine augustinior, quo modestior in hoc cultu. Hic tantus monarcha, non verbis tantum sumptuosas illas vestium elegantias exagitavit, sed & exemplis damnavit modestissimis. Nam nec toro cubavit nisi humili & modicè instrato, nec temere aliâ quam domesticâ veste, ab uxore, sorore, & filiâ neptibusque confectâ uti consuevit. Has sartices, ditissimus hominum, Romanorum Imperatorum maximus domi aluit, & compendio admirando eandem & conjugem suam & sarticem, eandem & filias & netrices suas habuit. En, cunctorum Dominus, paucas quidem sibi neptissimas feminas occupabat: nos, aliorum servi, dijunctissimas fatigamus gentes. Equidem nobis Christianis, addo, nobis & mendicis ad Augustum collatis, turpissimum est à tanto principe moderatione in hoc superari. Neque verò alii non secuti sunt post ipsum Imperatores. Hadrianus Caesar frequenter villi tunica contentus processit in publicum, baltheo praecinctus in quo nihil esset auri. Septimius Severus Imperator humiliter amictu contentus, sic factum defendit: Imperatoria Majestas virtute constat, non corporis cultu. Vespasianum etiam scimus veste & habitu neglecto fuisse, & vix à gregario milite distante. Nescio an non praecipuus adstricti moris auctor Arelarianus Imperator, qui non modò vestem holosericam in vestuario suo non habuit, sed nec alteri utendam dedit. Quidni etiam Alexandrum Severum nominem, quem constat vestes holosericas nunquam induisse, subsericam nunquam donasse. Imò quod gemmarum ei fuit, vendidisse, aurum autem in ararium contulisse, dicto addito: Gemmas viris usui non esse. Quid Tacitus Imperatorem memorem, qui holoserica veste viris omnibus interdixit; togâ quâ ipse privatus fuerat usus, nonnunquam in Imperio utebatur. Verum, ne fabulas à me narrari putes, etiam nostri aevi Principes, Reges, Imperatores in cultu corporis modestissimos, paullò post tibi listam.

#### §. I.

Nec omittendum illustre Carum Imperatoris exemplum, quia nec vulgatum. Narrat hoc Synellius, sed quod ille de Carino homine ignavo per errorem affirmat, hoc ad Carum, qui in Persas movit, referendum. Carus ergo Imperator, cum ad Armeniorum limites pervenisset, militem corpus curare iussit, & cibum è suo comine capere, brevi ex hostico (simul elatâ manu Parthorum agros ostendebat) perendum. Dum id agit miles, ecce adfuit hostium legati, neque tamen sperant se illico ad Imperatorem admittendos; optabantur scilicet futurum, ut primò ad proceres quosdam aulicos deducerentur: deinde dierum aliquot intervallo ad ipsum belli ducem. At ille ad se rectâ jubet adduci. Cœnabat tum casu, cum ingressi sunt. Et vide, mi Gerarde; quae in victu vestitque tanti Imperatoris pompa fuerit. Jacebat in herbâ Carus, frequens miles circumstabat, sed argento vel auro nil cultus. Vestis Cari erat punicea chlamys; cibus, vetus aliquod & nigrum pulmentarium, & in eo frustula quaedam salae suillae carnis. Atque ut vidit oratores illos ad se ita jacentem ingressos, nihil omnino turbatus, & illos ad se ultro vocans: Scio, inquit, quid vester hic adventus velit, hic ipse Carus est qui vobis quaeritur. Sed redite, & juveni vestro regi renunciate, nisi resipiscat, futurum, ut intra unam Lunam omnis illius ager, tam glaber sit & nudus, quam hoc meum caput, & simul cum dicto pileum sustulit, & caput



put tam glabrum ostendit, quam galea ejus fuit quae ad-  
jacebat. Vos verò manum in ollam mittite, & mecum  
pultem haurite, si quidem appetitis: sin minus, statim  
abite, & extra Romana castra este, tanquam legatione  
omni jam defuncti. Ita me Deus amet, ista virum olent,  
imò heroem, qui in comitatu suo, qui in victu, qui in  
omni vitâ quàm minimum voluit esse tragoediae &  
pompe.

## §. II.

*Agesslai  
regis Spar-  
tium.  
Inf. 13p.  
lib. 1. Me-  
mor. Politi-  
cap. 15.*

Neque Græcia viris caruit, qui cultum in animo,  
non in corpore posuerunt. Agesslaus dignus rex  
Sparta, senex jam in Ægyptum Regi Tacho suppeditas  
ivit, & cum navi vehens propinquaret, ingens Ægyptio-  
rum turba in portum se effudit, ad celebrem illum du-  
cem spectandum. Præceperant animo, majestatis ple-  
nam virum, veste, comitatu, ipso corpore spectabilem.

*Philopæ-  
menis.*

At ille prodiit vili & defloccato pallio, gregalibus suis  
non multum aspectu cultûque absimilis. Non impar  
huic Philopæmenes, Achæorum præstantissimus dux,  
de quo non sine lepore Plutarchus hæc narrat. Megaram  
ivit hic Philopæmen ad quemdam suorum familiarium,  
cui se vespere affuturum convivam prænunciari jussit.  
Civis ille Megarensis lætus ob talem hospitem, curam  
uxori demandat ut quàm celerim domi parer, verrat,  
sternat, nec quidquam eorum omitat quæ tanto hospiti  
convenient: ipse in forum officiosus properat ut obso-  
ner. Dum abest & rerum suarum satagit, adest Philopæ-  
menes oblecta amicis chlamydulâ, & comitibus post  
se relicta, hospitam inquietam salutat, illa resalutat, sed  
ut erat curarum plena, virum non agnoscit, sed de cultu  
ejus & corpore unum aliquem ex ministris & antecur-  
sores suspicata: Heus tu, inquit, manum admove, &  
adjuta, festinamus. En, paratum tibi laborem, quæso te,  
hæc mihi ligna finde, & unâ porrigit securim. Neque ille  
moratur; chlamydem abjicit, & ut rogatus seu jussus, li-  
gna scindit impiger. Supervenit interea ille de foro, &  
attonitus exclamat: Quid hoc rei est, Philopæmen, ita te  
& me dedecoras? Subridens ille: Pœnas, ait, do cultus  
& vultus mei, adeo non indignatus est se pro servo ha-  
bitum, ut ultro in se sit jocatus.

Quàm nos, ad hunc virum delicati sumus? ubi vel  
suspicio est nostram dignitatem lædi, mox ira & impo-  
tens sui animus se prodit, superbire scimus exacte; quid  
sui despicientia sit, planè nescimus. Auctoritate florere  
volamus inviolabili: nemo nos tangat, honoris vel mi-  
nimi derogationem non ferimus sine stomachi noxâ.  
Verbo, belli homines sumus, & præterea nihil. Sed Cari  
& Philopæmenis modestiæ comites damus.

## §. III.

Quinque & quadraginta magistratus gessit Pho-  
cion, ille Athenienium clarissimus, sed quo sit ves-  
tis genere interim usus, calceandi ratio in eo demon-  
strat. Nam, inter urbanos in proverbium cessit, ut eum  
immemum frigus & intolerabile significare vellent,  
Phocion, dicerent, calceatus est. Omitto hic Synopæum  
Diogenem Cynicæ disciplinæ affectatorem, qui pallio  
vixit unico contentus, tanto rigidior Antisthene, qui  
ejus sectæ princeps, pallium duplicavit. Reipsa hi tales  
viri docuerunt, etiam in hoc vestitis genere verissimum  
esse illud: Natura paucis contenta.

Porcius Cato (ut Romana Græcis miscemus) qui à  
nobilissimâ censurâ quam gessit, Censorii cognomen  
tulit, nunquam togâ usus est plurius quàm \* drachmis  
centum empta. Apud nos mediastini & attienles famuli  
lautius vestiuntur. Nec Catone sumptuosior esse voluit  
Thebanus dux Epaminondas tot victoriis clarus, qui  
tam exactæ fuit continentiæ, ut unicâ veste contentus  
arare fuerit, & si quando verustate detritam resarcire  
opus foret, domi se clausam continere cogeatur, dum  
facta vestis rediret. Huic tam rerum inopi, quàm forti-

Tom. I.

A rudinis & prudentiæ digiti, cum rex Persarum magnam  
vim auri dono misisset, modestè repudiavit. In quâ qui-  
dem munerum abstinentiâ, ut mea fert opinio, celsiore  
animo fuit is qui tantum auri potuit non accipere, quàm  
qui potuit offerre. Epaminondâ & Catore ditior esse  
noluit Agesslaus, sextus Lacedæmoniorum rex, qui sub  
eâdem veste & æstivos calores, & brumæ frigus pertu-  
lit. Porro Dionysius Siculorum tyrannus, cetera illauda-  
tissimus, hoc uno tamen in præconi partem venit, quod  
cum sicarios aut depeculatores gravibus suppliciis affi-  
ceret, iis tamen, qui splendorum vestium aut orna-  
mentorum fures essent, iram donare difficilis non esset,  
quo scilicet facilius Syracusani lascivam habitus elegan-  
tiam dedicerent.

Ergo jam satis liquet, prisco etiam ævo, exquisitum  
corporis cultum vestiumque luxum, & exemplis præ-  
clarissimis, & honestissimis legibus damnatum fuisse.  
Neque tibi, Gerarde, amplius integrum negare, quod  
vestium curiositas, ut Bernardus loquitur, & morum Lib. 3. de  
judicium sit, & mentium deformitas. Consul.

## §. IV.

P Riscorum in habitu modestiam, etiam nostri ævi Magnatû  
magnates sanxerunt. Benedictus XI. summus Pon-  
tiffex, humili loco natus, cum ad hoc dignitatis fastigium  
evehctus esset, non erubuit suæ paupertatis rudimenta.  
Mater illius, dum is inter monachos ageret, pannos la-  
vit. Hanc, creatus jam Pontiffex ad se venire jussit. Venit  
illa, sed penè alia quàm antè fuerat. Matrona illam, ut  
Pontificis matrem, summis honoribus extulerunt, &  
vestibus in diversâ à priorî feminam mutarunt; dece-  
re hoc rate, pro magnificentiâ summi principatus in fi-  
lio. Ita in conspectum filii producta est. Pontiffex, ubi  
eam aspexit, agnoscere dissimulans: Quid, inquit, facies  
errando? meam mihi matrem adducite; hanc ego domi-  
nam non novi. Mea mater lotrix est, cum hac colloquar,  
ite. Obruebantur pudore, qui honoris causâ matrem  
deduxerant. Detraçto igitur omni mundo muliebris,  
pannuciam illi suam reddidere, ac denuo reduxerunt.  
Tum eam amplexatus Pontiffex: In hoc, inquit, vestium  
apparatu matrem meam reliqui, sic jam novi, sic reci-  
pio. O tempora, & o mores, novos quidè sed malos! ab  
antiquis illis moribus quantum mutatum est? Quis jam  
è ditioribus illis non ruborem ducit, ad occursum pau-  
perculorum parentum aut cognatorum? ita tenuitatis  
nostræ primordia erubescimus, vestes & numos huma-  
nius salutamus quàm cognatam sanguinem. Hos mo-  
res gravi censurâ notans beatus Jacobus: Etenim, inquit, *Inc. cap. 2.  
v. 2. 3. & 4.*  
si introierit in conventum vestrum, vir aureum anulum habens,  
in veste candidâ, introierit autem & pauper in sordido habitu,  
& intendatis eum qui indutus est veste præclarâ, & dixeritis  
ei: Tu sede hic bene: pauper autem dicat: Tu sta illic, aut  
sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vos-  
metipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?

## §. V.

P OST Pontiffices, Imperatores & Reges maximi, ma-  
jus sibi decus pararunt aspernando cultum corpo-  
ris quàm usurpando. Rudolfus I. Austriacus, Impera-  
tor, in vestitu adeo moderatus fuit, ut à plebejo nihil  
differret. Et accidit, ut Moguntiaci quodam mane so-  
lus egressus pistotis domum ingrederetur, & se ad pru-  
nas furno ejectas conferret, tremulas manus (aura frigi-  
dior erat) calefacturus. Hic à pistoris uxore, cum pro  
milite haberetur, non tantum audaces calumnias in  
Imperatorem jactas audivit, sed tandem etiam vase  
aquario in prunas coniecto, vapore, fumo, cinere per-  
fusus, domo ejectus est, nec reminimâ ultus est. O verè  
virum, qui adeo omnem corporis splendorem contem-  
psit, ut ob illum etiam contemni non indignaretur!  
GERAR. Sed iste cultus ejus privatim fuit, non dabitem  
quia

Nn 3

*Primi Ca-  
p. 1. 2. 3. 4.  
cap. 1. 2. 3. 4.  
cap. 1. 2. 3. 4.  
cap. 1. 2. 3. 4.  
cap. 1. 2. 3. 4.  
cap. 1. 2. 3. 4.*



quin publicè plus ostenderit Imperatorii splendoris. Polve. Proflus imperitè iudicas, parce dicto. Nec in publico quidem ornator fuit Rudolphus. Quis dies laetior, & aptior pompæ, quam cum victum Ottocarum, Bohemæ regem, ad se vocatum, excepturus erat, & fidem ab eo (homagium vocant) accepturus? Rex Ottocarus cum magno & splendido comitatu veniebat: viri & equi, auro, gemmis, serico nitebant. Dictum Rudolpho, talem, & taliter adventare, & sedulo à quibusdam additum: Pararet se, veste & cultu ornatiore, tantum Regem admittiturus. Rudolphus renidens: Imò rex Bohemæ, inquit, \* griseum meam vestem sæpe derisit, nunc ipsum vestis mea grisea deridebit. At vos arma & equos expedit, & accincti instructique, ut ad pugnam, itate. Decus Teutonicorum armorum, non vestium, advenis illis ostendite: hoc me vobisque dignum est. Ottocarus certè illi vili cultu se & aurum suum submisit, & ad genua supplex accessit. Imperatorem nimirum, non vestem veneratus est.

\* Latinit.  
cinere. m.

Caroli V.  
Imper.

Carolus Quintus Imperator Augustissimus, ut sanguinem ab eo, sic & hanc virtutem traxit, in omni vitâ temperans, maximè verò in cultu. Vestium adeò fuit incuriosus, ut non temerè aliâ quam amiculo laneo plebejque uteretur. Ostendit hoc in primo & solenni ingressu Mediolanum. Nam cum vix omnes auleis, tabulis, frondibus superbiarent, cives verò vestibus quam cultissimi cum aurea umbellâ obvii venirent, ille & Imperator, & non semel Rex ac Princeps, in laneâ & nigra penulâ, vilique pileolo sub aureum illud calum se dedit. Videbant illum & tamen quærebant quem videbant, passim audisses interrogari: Istene Carolus, iste Imperator est? cultu tam modicus? Vana plebs vestes auro illustas, & fulgentes in vestibus gemmas expectabat.

Macli virtute Imperatores! magni fuistis, quo minus corporis cultu magui esse voluistis.

#### S. VI.

Caroli Alberti Neapolitani Regis patris.

Alphonfi Neapolis ac Siciliae regis.

Zipf. lib. 2.  
Monit. Po-  
lit. cap. 15.

Secundum hunc, Carolus Alberti Neapolitani Regis parens, tam eminebat hac modestiâ, ut præter restrictam, & subductam solum tunicam, tegumentum aliud non admiserit. Ludovicus secundus Rex Galliarum, gloria regnòque, in primis liberalitate, quantum ullus superiorum regum, ingens, victoris etiam clarus, lanâ aut bombyce induebatur, cum alii Reges serico & auro radiarent. Denique Ludovicus XI. Galliarum, Matthias Pannoniæ, & Alphonfus Neapolis ac Siciliae Reges, nihilo fuere à vulgo elegantiores hoc corporis mundo. Et Alphonfus quidem notatus à quopiam, quod parum regiè vestitus esset, respondit: Malle se moribus & auctoritate regem videri, quam diademate & purpurâ. Vox magnifica & Rege digna. Fuitque hoc magnorum aliquot principum laus, plebi virtute eminere, cultu consentire.

Sed quam dispares ab his, Imperatores Græcanici, quos luxur & delictis ad cultum vix virilem traduxerunt. Quod Nicetas Choniates narrat de Alexio Angelo Byzantino principe. Hic cum inaudiisset ab Henrico Quinto Imperatore legatos ad se mitti, suos omnes quam ornatisimos, auratos & gemmatos adesse imperavit, ipse à capite ad calcem nil nisi splendor & nitor fuit, ratum vel in templo aliquo spectaculum, quo legatorum oculos præstingendos putavit. Germani verò ut venerunt, Germanos se ostenderunt, hoc est, viros, & tantum abfuit, ut hoc aspectu in metum adducerentur, ut etiam ad prædæ cupidinem incitarentur, nihilque jam magis vellent quam cum effeminatis istis quam primum manus conferere. Accedentes interim Graculi, cubitis eos tangebant, & loquente digito hortabantur, viderent gemmeam Imperatoris vestem, quâ ille ut floridum prætum variè nitebat. At Germani luculentè probantur se his spectaculis minimè terri: tempus esse, ut Græci his sepositis aurum commutent ferro;

nam si legatio sit irrita, Græciæ pugnandum non cum pavonibus, sed cum viris verè Martis & infracti animi. Hæc Germani ad Græcos jam tum verbis terrores. Quid si ad rem ventum fuisset? & fuisset, nisi mors Henrici Imperatoris subsecuta, consilia ista turbasset. Hæc, majorem partem doctissimi Lipsii verbis percensere volui, qui aurum & gemmas non digna satis ornamenta magno principe agnoscat. Et præcesserunt ævo superiore, magni fastigii exempla, quæ doceant, ut dixi, virtute plebem vincere, non veste. Narravit mihi vir fide dignus, inventas alicubi in vetustâ chartâ subductas rationes: in his inter expensa cetera, & istud studiosè annotatum: Item, Cæsaris thoraci reficiendo 6. cruciferi expensi. O Deus! hæc præscam frugalitatem sapient, hæc illa tantorum principum adoranda modestiâ: hæc longè plus suspicienda posteris, quam si legant: Pro pallio nuptiali expensa tria millia philippeorum, pro crillis & pilei ornamento mille floreni, pro thorace & caligis mille ducenti aurei, pro cetero mundo corporis octingenti philippeii, præter uniones & gemmas sparsim additas. Et hæc erubescendi luxur egregia sunt specimina: mirabuntur posteræ lecturi talia, & ad audenda majora animabuntur. Hæc forsitan admirationi sint apud imperitos, laudi nunquam erunt apud prudentiores. Et sanè quisquis seridè laudari vult, non à veste, aut corporis cultu, sed aliunde laudem colligat: quod illustri factò, priusquam caput hoc finiat, ob oculos ponam.

#### S. VII.

Elegans cum primis & scitu dignum est, quod Joannes Damascenus vir miræ sanctitatis & eruditionis, in hunc ferè sensum commemorat. Iter faciebat Rex Magnus, numerosâ satellitum manu stipatus. In viâ viri duo sordente & lacero habitu, ora macie confecti, exangues & pallidi obvios se tulerunt. Non ignorabat rex à corporis voluntariâ afflictatione & laboribus, Dei causâ toleratis, hunc oris pallorem contractum. Ut igitur eos cominus vidit, è curru desiliens, & prono in terram corpore illos veneratus, mox humanissimè complexus salutavit. Iniquis oculis id tulerunt aulæ proceres, alienum hoc rati à regio fastigio. Ita germanum regis subornarunt, moneret fratrem, ne diadematis majestatem ad infimorum hominum pedes deprimeret. Hæc à fratre monitus rex, verbis ambiguis & obscuris respondit. Mos autem illic locorum erat, ut si quis capite dammandus, mortis præco tubicen ante illius fores canere juberetur. Rex igitur sub vespere ad fratris ades lethalem hanc tubam, velut extremi supplicii nunciam misit. Audiit regis frater, & cohorruit ad fatale hoc classicum. Proximo mane atratus & lacrymis persusus, cum omni familiâ ad fores palatii adesset. Rex ad se accitum asperius affatus: O demens, inquit, si fratris, cum quo idem tibi sanguis, & honor pæne par, præconem sic exhoruisti, quamvis nullus tibi criminis conscius, occur mihi vitio vertebas, quod supremi regis summique iudicis olim affuturi præcones, ego non unius secleris reus, nuper submissis salutarum: Tuae ergo dementiae castigandæ hoc factum: in posterum B. facio non è facie, non è veste iudicabis hominem: sed è illi, faxo errorem suum intelligant, qui hanc tibi mentem injecerunt, nunc salvus ab. Fratre sic correcto, quatuor arcas ligneas fieri iussit, quarum duas auro vestiti, sed cadaverum ossibus referendi, duas alias pice & bitumine oblini, sed selectis unionibus & unguentis impleri præcepit, atque has ita compactas proceribus suis, intempestivis illis monitoribus proposuit, ut suam utrique aclimationem facerent. Illi duabus auro inductis pretium ingens imposuerunt, ut quæ indubie coronam & ornamenta regia continerent, iis verò quas bitumen obdlexerat, pretium leve fecerunt. Quibus Rex ô boni, inquit, erratis largissimè; nec me fugiebat hæc à vobis censio.



consensum statuendam. Mox arces omnes aperiri iussit. Et en, ait, stultitiae vestrae praesens argumentum: oculis nimium credidistis, & hinc viros his diebus mihi obvios, ab exteriori habitu imperitissime iudicastis. Sed ite jam, non sic feceris impune tam impudentis iudicii errorem.

Macrobius. I. 1.  
Saturnus.  
cap. 11.

Epist. 80.  
Juv.

Macrobius.  
de Div. Sacra.

Epist. 10.  
Juv.

Sapienter proflus rex ista. Quemadmodum enim stultus est qui empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum ejus & frenum: sic errat qui hominem ex veste aut conditione, quae modò vestis nobis circumdata est, aestimandum putat. Hoc non philosophia tantum arguit, sed ratio, & Senecam testem adjungo: Equum empturus, inquit, solvi jubet stratum, detrahitis vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum aestimas? Mangones, quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Itaque eminentibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crux alligatum, sive brachium aspicies, nudari juberes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiae Sarmatiave regem, insigni capitis decorum & sive illum aestimare, totumque scire qualis sit, fasciam solve: multum mali sub illa latet. Quid de aliis loquor? si pendere te voles, seponne pecuniam, domum, dignitatem: intus te ipse considera. Nunc qualis sis, aliis credis.

Imò, mi Seneca, vestibus & nostris & alienis credimus, & tunc demum nos, aut alios, quasi magnos suspicimus, cum lautè vestitos cernimus. Absurdè fallimur, & hoc est in emendis equis phaleras considerare, & balthei polimina inspicere, & ornatiorem cervicis divitias contemplari. Quoties sub sordido pallio culta latet sapientia? quoties in vaginâ aureâ plumbus absconditur gladius? sed progrediamur.

## CAPVT IX.

Cultum corporis, Sanctissimi homines quam oderint, & fugerint.

Natura, omnium parens & opifex solertissima, abundè satis docuit hominem, si unum id animal non seipsum obliuisceretur, quam non operoso sit opus velamento ad tegendum corpus. Nisi quis hanc vocare malit novercam (quod nefas dicere) ut quae ceteris animalibus variè tegumenta tribuerit, testas, cortices, coria, spinas, villos, fetas, pilos, plumam, pennas, squamas, velleratuncos etiam arborèsq; cortice, interdum gemino, à frigoribus & calore tutata sit, solum hominem nudum, & in nudâ humo natali die ad vagitus statim & ploratum abiecerit. Atqui sapientissime hoc egit natura, velut solerter providens, non diu placitum homini quidquid demum tegminis ei assignasset. Itaque nudum statuit hominem, docuit tamen quo fine, quibus legibus vestes sibi aptaret ipse, nimirum ut ex regerent & velarent, aerisque injurias defenderent. At homo legibus naturae procul relictis, eò processit, ut per furorem & insaniam, non jam vestitum qui regat, sed qui oneret & torqueat humana corpora, inter ignotas feras, inter peregrinos vermes & maris belluas tam stultè quam laboriosè quaerat.

Natura docuit hominem  
quibus legibus vestes sibi aptaret.

Macrobius.  
de Div. Sacra.  
cap. 11.

Protoplastorum hominum prima vestis, è sicu folia fuerunt, huic crudae pelles succedere. Nec multò cultius vixit Joannes Zachariae filius, Jordanis accola, camelorum scis amictus, corticè zona cinctus. Christo, Regi summo, Mariae Virginis filio, vestes quidem mundae fuerunt & honestae, sed uti Isidorus Pelusiota loquitur, quibus usi sunt pauperes in Galilaea. Si harum pretium spectassent Pilati milites, Christum iis amictum crucifigere potuissent, tam non fuerunt pretiosae. Sed altius hic aeternae providentiae consilium, quae in nostros usque annos servari voluit vestem illam, quae arte ineffabili contexta verius quam facta, cuius magnum in opificio miraculum, majus in usu, neque enim perpetuo vestitu at-  
rita, neque minus habilis, sed ad corporis modulum au-

A gelcebat: dignissima proflus, quae vaticiniis multò antè laudaretur, & in Calvaria rupe in sortem abiret, ne scinderetur. Sed enim, hanc in cultu sobrietatem, quam ad mirando spectaculo docuit Christus in cruce nudus, in praesepe linteolis obvolutus: invenietis, inquit Angelus, infantem pannis involutum, & positum in praesepe. Jam tum divinus infans vel mutus concionabatur, & mortalium in vestitu vanissimas curas damnabat, sed eà exhortationis dulcedine, ut delicatos illos jure pudeat non persuaderi. Et en suavisissimus puer, nostrum nobis luxum non exprobrat, nec amarulentis verbis fastum nostrum ut intolerabilem perstringit; hoc unum agit, ut ostendat pompam nostram sibi non placere.

Christus docuit cultus sobrietatem.  
Luc. cap. 2.  
vers. 12.

Quid servuli cunctamur, has Domini vestes minimè pretiosas, hunc regis habitum modestissimum amulari? Clamant in stramineis cunis viles pannuli, clamar in cruentâ cruce nuda & extrema paupertas: heu nimis potenter invitatur ad vestitum modestiorem. Sed confer mihi obsecro, Gerarde, has Christi fasciolas & inelaboratas relas cum vestitum nostrarum lascivo & subinde monstroso ambitu. Rem miram audi, & planè monstrum pretiosae elegantiae. Fuit anno à partiente Virgine, millesimo quingentesimo decimo octavo Princeps sacri ordinis (nomen praetereo) qui talarem tunicam habuit, suffultam pellibus, quas pellio è carduelium seu acanthidum capitellis, opere proflus incredibili, confecit. Hem, quot centuriis, quot millibus avicularum, ad unam hanc togam convolvendū erat? nimirum ut unicus homo ad raram venustatem vestiretur, tot avium turmas suis vestibus erant spoliandae. Ad eò multum apud nos possunt Christi exempla & monita? Verissime dixit Bernardus: In signum positi sunt panni tui, Domine Jesu, sed in tali Domini signum cui à multis usque hodie contradicatur. Sed nos ad lineam.

## S. I.

Nata lex Christi, quam discipulis tulerat, singuli singulas haberent vestes, non arces vestiarias secum traherent, è quibus modò has, modò illas indutui fumerent. Jacobus Alphaei filius, quod faciem similitudinis indidit, Christi frater dictus, è matris utero sanctus, sanctior deum Christi disciplina factus, nunquam balneo usus, nec ungento unctus, nunquam attonsus, qui esu carnum penitus abstinuit, vinum & siceram non bibit: de quo Chrysostomus: Ajunt, inquit, genua Homil. 5. in ejus obduruisse callo, tantumque in eo carnis incuriam fuisse, ut adhuc viventis omnia ferè membra morerentur, atque orationis assidue, jugis, ad pavimentum corporis prostratione, frontem quoque ejus callo similiter (quod inauditum) obductam, ut nihil ferè à cameli genibus si duritiam species, discerneret. Hic sanctissimus vir, non lanceis vestibus, sed amiculo lineo usus est, tam membris suis quam membrorum tegumentis pie iratus. Petrus, ille Apostolorum princeps & Ecclesiae caput, ille primus à Domino Pontifex, nihil amplius tegumenti habuisse creditur, praeter tunicam & pallium, nihil aliud calceamenti, praeter caligas. Illud Clementis liber, hoc Apostolorum Actus testantur. Rideant hanc tenuitatem, qui ignorant Ecclesiam ab ipso fundatam, olim in paupertate gloriantem, postquam cumulari divitiis coepit, virtutibus decrevisse. Nemo divitum nunc aegros verbo sanat, tunc autem sententiâ Pontifices etiam mortuos reviviscere jussurunt. Nec alios Domini discipulos delicato aut eleganti serico vestitos crediderim. Nec multum ab his diversus Aurelius Augustinus, gemma Praefulum, qui vestitu calceatūque indidit vixit, cum iis, quibus sanctitate, scientia, dignitate longissime antistabat. Si quis ei vestem excultorem obtulisset dono, acceptam venum jubebat dari, ut pecuniam inde exactam cum aliis communicaret, quandoquidem vestis ipsa communis esse non posset. Itaque Clericis suis officio praestitit, habitu par fuit. Facile



cile est ei vestium pompam spernere, qui purpuram immortalitatis ambit.

Paulus Erenita habuit vestem, non lanceam, non scorteam, non lineam habuit vestem, sed quam inculca solitudo suppeditare poterat, è palmæ foliis contextam, illustri exemplo humane luxurie à naturâ repudiata. quando ipsa tam modicis contenta est. Antonius abbas, qui Paulum ope leonum velut vellusum terræ reddidit, defuncti pallium adeo in deliciis habuit, ut illud festis dumtaxat diebus indueret, tam memorabili exemplo quam Hieronymi optatum clarum, qui maluisse in vilibus exuvii Pauli quam in regum ostro conspici. Nam: Si mihi Dominus, inquit, optionem daret, multo magis eligerem tunicam Pauli cum suis meritis, quam regum purpuram cum regnis suis. Porro Timotheum anachoretam non folia, sed capilli texerunt, adeoque humanam ei speciem ademerunt, ut à Paphnutio in solitudine repertus, immanis fera primo aspectu, non homo sit creditus: vox inde hominem aperuit, quem cultus efferaior involvit. Felix Timothee, cui sua vestis in capite nata est. Haud multum ab similibus huic Onuphrius, & ipse eremi incola, qui contumprâ veste, quæ illi unica fuit, foliis se texit. Satis indutus est, qui sic cum Christo nudus est. Animam Onuphrii ab Angelis, aspectabili obsequio fideribus illatam tradunt. Quis nostrum rudiores pannos aspernetur, cum nudi etiam ab Angelis honorentur? Hilari-nem taceo, totque alios viros sanctos, qui generosissimum, quo fervebant, spiritum sacco velabant. Patien-tissimus Jobus hoc exemplo illustris: *Saccum*, inquit, *consui super cutem meam*. Non minus aspera fuit interior lorica illius Hebræi Regis, qui: *Ego autem*, inquit, *cum mihi molesti essent, induabar cilicium*. Quo etiam ut veste usus: *Et posuisti vestimentum meum cilicium*. Sed hæc alio-quantum veritiora, nec recentioribus & notis destitui-mur. Franciscus Assisius rigida paupertatis cultor stu-diosissimus, non in eremo castâ, ut illi, sed medio in lu-xu, crassi natiq; panni tunicam nudo induxit cor-pori, indutam fene compressit, nudis pedibus ligneas subiecit soleas, ut quantum liceret, animum à corporis contagione seduceret, & celestibus donaret. Omitto innumeros Francisci cum virtute amulatores.

Timothei  
Anachore-  
tam capil-  
li, &

Onuphrii  
folia texe-  
runt.

Job cap. 16.  
v. 16.

1. Reg. 34. v. 13.

Pf. 68. v. 12.

S. Franciscus  
Assisius  
crassi pan-  
ni tunicam  
induxit  
corpori.

Zach. Lippe-  
lo 6. l. 1. m. 1.  
S. Norber-  
ti ac Ber-  
nardi in  
vestitu  
modestia.

Senec. l. 3. de  
ira cap. 37.

**N**orberrus tam sanctitate quam submissione sin-  
gulari clarus, dictus jam Magdeburgensis Ponti-  
fex, quia aspernabili togula & exalceatus incessit, à pa-  
nitore velut mendicus repulsi est. Clarevallensis Ab-  
bas Bernardus, tenui etiam & despiciore tunica est  
usus, ceterum minime sordida, ejus illud scite dictum:  
Vestem sordibus obsoleam, socordia testem esse. Ad  
ratorum virorum tam eximiam in habita modestiam,  
an non ruborem ducant, quibus parum est, si vestis  
munda sit, nisi sit & nitida? Hic veniam & pacem præ-  
fari oportet, neque verò aliena vineta cadere, aut cui-  
quam importunius insultare, mihi mens est, sed mone-  
re solum, idque succinctâ modestiâ. Scio, admoneri bonus  
gaudet, pessimus quisque correptorem asperimè patitur. Repe-  
nas forsan, Gerarde, nostro hoc ævo viros sacros & ec-  
clesiasticos, homines religiosos & Deo devotos, Anti-  
stites & sacris titulis insignes, qui magistri morum au-  
dire velint, qui Christi paupertatem & Evangelium  
verbis amplissime doceant, sed exemplis pane contra-  
riis confitent, quibus panniculi Christi & stramineæ  
cunæ sordent, qui legum suarum obliti, paulatim in  
profanos cultus degenerant, qui comam accuratius  
struere, barbani curâ & arte pectere, collari leges suas  
dicere, indumentum aut colore non congruum, aut filo  
nimis pretiosum, aut formâ parum religiosum, aut ope-  
re, ultra quam decet, sumptuosum gestare solent, qui ni-  
torem à templis & aris in corporis cultum, aut mensa-

rum apparatus, aut eorum phaleras transferre reli-  
gioni non habent: qui mappas à cœnis suis repudiarent,  
quas Dominico corpori subterni nimis inodeste ferunt,  
qui numos in pauperes erogandos, in pompam effun-  
dunt, variâ sed malâ liberalitate. Ego hic quidem digi-  
tum labellis impono, sed clamor pro me Bernardus: au-  
dite sanctissimi viri iustas querelas: *Nobis autem*, inquit,  
*est pro victu satietas, nec vestitum appetimus sed ornatum. Que-  
ritur ad induendum, non quod utilius, sed quod subtilius inve-  
nitur, non quod repellet frigus, sed quod superbie compellat:  
non denique (juxta regulam) quod vilis comparari potest, sed  
quod venustus, imò vanus ostentari. Et paucis interjectis:  
Ecce enim habitus noster (quod & dolens dico) qui humilitatis  
esse solebat in signe, à monachis temporis nostri, in signum gesta-  
tur superbie. Vix jam in nostris provinciis invenimus quo  
vestiri dignemur. Subjicit: Vnum cor vanitatis notâ ingenti  
corpori, & exterior superfluitas interioris vanitatis indicium est.  
Indumenta molliora & animi molliorem indicant.*

S. III.

**H**ic cum Bernardo non immeritò quis querat: Ubi  
senatus principis Christi per urbem Hierosoly-  
morum asina vehentis? Ubi sanctissimi Joannis Bap-  
tistæ hirsuta tunica à camelo muca? ubi facies Hilari-  
onis, ubi melora Serapionis, ubi cilicium Benedicti? Lau-  
damus veteres, & nostris utimur annis. Ex ejusdem divi  
Bernardi epistola unica, quam ad Henricum Senonen-  
sem Archiepiscopum dedit, quid verat paucula deliba-  
re, ubi de sacerdotum officio: *Honori facietis autem, in-  
quit, ministerium vestrum, non cultu vestium, non eorum fa-  
su, non amplis adificiis, sed ornatu moribus, studiis spirituali-  
bus, operibus bonis. Quam multi aliter? Cernitur in non-  
nullis sacerdotibus, vestium cultus plurimus, virtutum  
aut nullus, aut exiguus. Vide cum vacat, Gerarde, quæ  
sequantur. Illis addit: Verum tu sacerdos Dei altissimi, cui ex  
his placere gestis, mundo an Deo? Si mundo, cur sacerdos? si Deo,  
cur qualis populus, talis & sacerdos? Nam si placere vis mundo,  
quid tibi prodest sacerdotium? nec enim potes duobus dominis  
servire: qui autem vult amicus esse hujus mundi, inimicus Dei  
constituitur, &c. Sed est ego sileo, clamatur tamen in Ecclesia,  
Non in veste pretiosa. Numquid est ego non loquor, sua cuique  
non loquuntur conscientia? quid si alius audacior me, illud genti-  
licium ingerat: Dicite Pontifices, non quidem in sancto, sed in  
quid facit aurum: quam tolerabilis cernitur in sancto, quam  
in freno? Hoc me etiam tacente, est non curia regum, tamen pe-  
nuria pauperum clamat: Sileat hec fama, sed non famæ, cla-  
mant munda, clamant famelici, &c. Nostrum est quod effundi-  
tis, nobis crudeliter subtrahitur, quod minime expenditis, no-  
stris necessitatibus detrahatur, quidquid accedit vanitatis ve-  
stris. Duo denique mala de una prodeunt radice cupiditatis,  
dum & nos pamtando (ignoscamus hanc vocem Bernar-  
do) peritis, & nos spoliando perimitis. Plura addit Bernar-  
dus, & æquæ seria, & crede mihi, non sunt è pelvi hæc  
tonitrua. Vera hæc esse, satis loquuntur oculis impro-  
banda esse, abundè testantur sacri codices. Hi tantum  
etiam monita priscorum. Carolus IV. Imperator, cum  
Moguntia ageret, fortè in colloquium venit cum Ar-  
chiepiscopo Gerlaco. Unâ cum aderant, honoris causâ,  
aliquot & Canonicorum numero. Hic Imperator paulo  
attentius circumspiciens, observavit unum aliquem pro-  
fanæ elegantie hominem, ejus pileus maximè, auro &  
geminis nitent. Dicebatur is Cunoab (sed familiaris, qui  
noræ, parco) hunc Imperator humaniter accedens præ-  
leum ei, velut per facietas blandâ manu detrahit & capite  
ne, inquit, dic obsecro, quis tibi nunc videor, sacerdoti  
an militi similior? Et ad Moguntinum Pontificem con-  
versus: Domine Archiepiscopo, inquit, tempus & neces-  
sitas flagitat, ut disciplina Cleri corrigatur, & hi vestium  
abusus tollantur. Patere nolunt? nec sacerdotus fruan-  
tur. O Carole, Imperator Magne, o veniant dies qui  
corrigant*



corrigan mores, qui tollant vestium abusiones, qui faciem meliorem restituant orbi!

## §. IV.

**G**ERAR. Liceat hic paucula. Ergo nitelam omnem à veste proferbis, ergo nefas ornari? Et an non vestium mundities curanda? Po. l. Non ego ornatum omnem accuso, lasciviam accuso. Eò jam ventum, ut munditiam sola pompà aestimemus, & vestis non vestis sit, nisi pretiosa. In corporis cultu plerumque non sordes fugimus, sed aularum delicias adumbramus, nec tam veluti volumus quam ornari, non calorem in habitu, sed colorem quarimus. Divi Hieronymi monitum est: *Elégantias & sordes pari modo fugiendas, quia alterum delicias, alterum gloriam redolent.* Ne quis illud Augustini: Etiam in ipsis sordibus lucuos posse esse iactantiam, & eò periculosiorum, quò sub nomine servitutis Dei decipit. Hoc nomine non immerito reprehensus Antisthenes, qui cum depexum & perfusum palliolum spectantibus vanius iactasset: Alpicio, aiebat Socrates, per pallii fissuram, animi tui vanitatem: quin delinias te ipsum ostentare? Idem Diogeni fuit animus. Hic cum Olympiam venisset, adolescentem quosdam Rhodios illic conspiciens, cum risu: Hoc nihil est, inquit, nisi fastus. Rursus cum in Lacedæmonios incidisset, vilibus tunicis ac sordidissimis opertos: En, inquit, alius fastus; tam enim Sparthanis iqualore, quam Rhodii ornatu sese iactabant: illi se iusto plus colebant, isti se iusto plus negligebant. Nec affectata sordes, nec exquisita delicia laudem pariunt. Pulcherrimum est, nec turpia velle, nec nimia. Itaque non culpa verum quod pulchrum, aut decenter ornatum, sed quod iane, quod redundans, quod fastum, mollium, delicias, luxum, lasciviam, pompam præ se fert, hoc vituperato, & necum sentit Bilbicus vates:

*Pellere te nolum, sed nec turbare capillos;*

*Splendida sit nolo, sordida nolo curis.*

An necitur medium à beatis teneri, virtutem in medio, & modum in rebus esse? Sed & hoc addo: Meminisse me apud Hieronymum legere: *Sordes vestium candida mentis indicia esse.* Et beatus Hilarius sacrum quo semel amictus fuit, nec lavit unquam, nec mutavit; supervacuum asserens, munditiam in cilicio querere. Plures omnino invenias, in sacris paginis, & sapientum libris, ab illo munditiei & lotionum contemptu laudari, quam ab earundem studio. Et pars quadam poenitentiae est, neglectus politurae, omniumque harum concinnitarum & elegantiarum. Itaias olim proclamavit: *Descende, sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra.* Lavat se David, sed post stetit. Lavat faciem Joseph, sed post lacrymas, quas viso Benjamin fuderat. Lavit se Judith & ornat, sed Assyrium ducem Holofernem hoc laqueo deceptura. Sanè vestitus mollis & pumicata illa ac polita mundities, libidinum fomes, oculorum rete, animorum suavis vis est perniciis. Hinc Ambrosius, serius hac in re censor ausus dicere: *mulierem compram, domum esse omnium infernalium demonum.* Hinc & Siracides clamat: *Averte faciem tuam à muliere comprata, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Hinc regina Esther has tales elegantias signum superbiae nominat. Hinc & Hieronymus: *Ingre-*

## §. V.

**S**apiens illa mulier, & regum progenies Elisabetha, plerumque trita & panniculis larta veste amiciebatur, gestiebatque magis mendici centonibus, quam regum ostro spectari. Fuit, ut hæc solenniori die, publico

A se commissura, exquirit in reginam ornaretur, & auro, gemmis, insuper regia corona irradians ad templum, rem divinam auditura deduceretur à frequenti familia. Primo ferè ingressu templi, crux Dominica, & ex eà pendens Christi cruenta imago incurrit oculos. Hoc illa aspectu ferit graviter, & animo fauciari; hæc altum ingemiscere & velut pudefacta erubescere, lacrymas demum vi prorumpentes non continere. Mox variis cogitationum ætus in animo se prodere: En creator, dicebat illa secum, en servator meus Iesvs, nudo corpore, flagris laceratus, spinis redimitus, sanguine perfusus, in altà trabe mortem pro me obiit ignominiosissimam: at ego misera tor vitis immunda, tot delictorum rea, bysso tamen auroque, purpurâ, gemmisque culta niteo, heu vitam divinis beneficiis indignam perdo magis, quam ago. Ah, divinum illum verticem in Pilati domo scitum spineum perforavit: ah, Domini mei aures opprobria innumera saturarunt. At verò caput meum corona cingit aurea, me numerosum circumdat famulicium, cuncti venerantur, suspiciunt, pæne adorant. Me mulierem infelicem! sicine præceptis Domini obtempero? itane Dei beneficia recogito: istane virâ Christi vestigia sequor? ô me nimis dissimilem meo Domino! Adeò mentem intimam cogitationes hæc penetrarunt, ut Elisabetha jam ægrius respirare, pallorem in ore trahere, animo linqui, humi demum defectis viribus collabi. Nec prius ad se rediit, quam gelida aspersione fuisset recreata.

Una hæc regia mulier aliis alius videret cepisse, quis cultus corporis eos deceat, qui Christi disciplinam profitentur, regi crucifixo auctorari. Elisabetham reginam submer irascentem intuemini vos expoliti pavones, cultissimæ imagines, vos pompæ fercula, quibus nil magis curæ est quam speculorum, anulorum, iurium, strophiorum, cycladum & huiusmodi nugarum vanissima supellex. Vobis, ô mundi, peccunt, vobis nent, vobis *Franc. Petr.* *Texunt Belgæ, vobis Persæ, vobis Seres, vobis Indi, vobis I. i. de iura-* *Trius murex narat, vobis fragrans bacca hispida pen- que fort.* *det arbusculis, vobis oves Britannicæ albicant, vobis India. 20.* *Indica sandix rubet, uterque vobis ludat Oceanus. Eò usque decrevit apud vos virtus, crevitque superbia, ut jam pudor sit imitari sanctissimos viros feminasque, Norbertos aut Elisabethas: jam optimis contemptis abire placet post pessimos: sed nec Augustum Imperatorem in vestitu frugalem prorsus & sobrium sequi lubet, sed Cajum & reliquos, quorum nec civilis unquam, nec virilis, nec Romanus certè, nec humanus, sed infans, & nunc femineus, nunc divinus, ab omni autem parte profusus atque monstificus cultus fuit. Hoc societas est vitiatorum, & novæ cupiditati inhaerentium oculorum, perque varios illecebrarum motus volitantis animi: sic virtus atteritur, sic animi corporisque vires expugnantur. Qui exemplis vult vivere, ne periculosa sit imitatio, honestissima seclatur.*

## CAP V T X.

*Cultus Corporis quantum malorum causa sit.*

**C**ultus corporis nimius, non solum peccatum est, sed multorum malorum vel causa vel effectus, & argumentum est. Peccatum esse arbitrat Gregorius: *Nemo, inquit, existimet in luxu & studio pretiosarum vestium & multorum peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Dominus Ioannem de vestimenti ipsius asperitate laudasset: si hoc culpa non esset, nequaquam Apostolus feminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa.* Itaias sanè Hierosolymorum urbi inter graviores culpas, & in ead. hoc opprobans: *Et ornasti, inquit, te regio unguento, & i. Tim. c. 2.* *multiplicasti pigmenta tua.* Christus ipse hanc circa cultum corporis, sollicitudinem & curam manifestè damnavit: *Isaie c. 57.* *Nolite*

*Cultus corporis nimius peccatorum & multorum malorum causa est. Romil. 6. in Evang. & homil. ult. hoc opprobans: Et ornasti, inquit, te regio unguento, & i. Tim. c. 2. multiplicasti pigmenta tua. Christus ipse hanc circa cultum corporis, sollicitudinem & curam manifestè damnavit: Isie c. 57. Nolite*



Matth. c. 6. Nolite, inquit, solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: Et de vestimento quid solliciti estis? Idololatriarum hoc est non Christianorum, diffidentia hoc argumentum est non fiducia. Hac enim omnia gentes inquirunt. Quod quid aliud est quam ordinem rerum turbare, & rei vanissimæ curam divino cultui antepone? Primum querere regnum Dei. Quod si Deo displicet sollicitudo circa necessaria, quanto magis curiositas circa superflua? Atque, si quidem theologos audiamus, peccatum etiam letale est, si quis corpus eo animo colat, ut ad libidinem spectatores pertrahat: aut si propter cultum hunc ita se met extollat, ut alios despiciat, salutem aliorum nihil pendat, nec curet permiosum exemplum prodere: aut si quis alios ideo supplicare, debita non solvere, elenchi finem non erogare, aut alia denique ratione ob corporis ornatum gravius delinquere non detrectet. Neque Deus in his puniendis tardus vindex. Prætextata matronæ nobilissima, cum Eustochium virginem, conjugem Hymerio etiam iubente, ad sui seculi lasciviam venustatem componeret, manus arefactæ sunt, evidenter vindicta Numinis: Et ubi per quietem moritur, necdum ornatrix manibus à virgine abstineret, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: tibi, quinto post mense, miserabiliter & prematuro interitu sublata est. Hujus rei narrationem Hieronymus in hæc verba concludit. Sic gemmis & pretiosis ornamentis Christus descendit. Verissimam in hac causa, quod de alia quapiam Cyprianus affirmat: Tormenta paucorum, exempla sunt omnium.

Leff. de iure  
& iust. l. 4.  
c. 4. dub. 14.

Epist. ad La-  
tam de in-  
fuit. filia.

Causa cur  
Deus tam  
severe pu-  
niat super-  
fluitatem in  
vestibus.  
I. Exterior  
cultus cor-  
poris ani-  
mi negle-  
cti certam  
est indicium.  
In Apol. ad  
Gail. abb.  
Ep. super  
Missus &c.  
Hom. 18. in  
epist. 1. ad  
Corinth.

Lib. de disci-  
plin. & hab.  
virg. med.

Macr. lib. 2.  
Saturn. cap. 15.

**G**ERAR. Quid causæ est, hæc minuta sic puniri a Deo? **POL.** Causam rogas, & minuta vocas? Exspecta, & grandia dices, & causam satis. Has ad digitos numeremus.

Prima: Exterior hic cultus corporis, animi neglecti pæne certum est indicium. Ubi avis à pennis noleat, sic homo è veste. Dilucide Bernardus: Quando amplius inquit, corpus foris propter vanam gloriam componitur atque ornatur, tanto interius anima sedatur & sordidatur. Non ita curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus. Chrysostomus: Difficile est, inquit, difficile, & dilecti, fortasse autem etiam fieri non potest, ut sic ornato corpore, simul quoque ornetur anima, sed necesse est, ut si alterutrum curatur, alterum negligatur, non est enim ejusmodi eorum natura, ut simul fiant. De Paulâ non minus sanctâ quàm nobili matronâ Hieronymus: Si vidisset, inquit, compriorem aliquam, contractione frontis & vultus tristitia arguebat errantem, dicens: Munditiam corporis atque vestitus, anima esse immunditiam. Venuste & graviter, ut solet Ambrosius: Neglecta, inquit, decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod nos non ornamus, ornatus est. His sublebens Cyprianus: Secum, inquit, & purpuram induit, Christum induere non possunt: auro & margaritis & monilibus adornate, ornamenta cordis ac pectoris perdidit. Quis non id execretur & fugiat, quod ali fuerit exitio? quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit & telo? & Nullarum ferè pretiosior cultus est, quàm quarum pudor vilis est.

Ita corporis cultus, animi parum culti signum est. Nec id veteres nescierunt. Philippus rex Macedo quendam Antipatri familiaribus in iudicium sublella extulit: verum ubi eum, nescio quo furo barbam & capillos tingere rececit, officio movit, & causam hanc dedit, eum in rebus gerendis non videri dignum cui fidatur, qui in capillis fidus non esset. Augusto Imperatori, convivorum & vestium luxur, ægotantis Reipublice signum fuit. Hic idem Imperator licentior vestitu filia graviter offensus, cum illam postero die, veste mutatâ vidisset: Quando, inquit, probabilior est hic cultus tam honestus in filiâ Augusti? Hanc ob causam Augustinus: Verus, inquit, ornatus Christianorum, non tantum nullus stercus mendax est, verum nec auri quidem vestitus, pompa, sed mores

**A** boni. Ergo, plerumque ubi corpus sic nitet, squalet animus. Omnis gloria ejus, filia regis ab intus.

**GER.** Ne tamen, Polychroni, tor honestissimas feminas in turbam earum coniciamus, quas parum laudavimus, feminæ factum audi proflus illustre, nec ab antiquo sæculo petum. Hoc ipso anno nobilissima matrona, non sanguine tantum & opibus, sed & ingenio florens, novum vestimentum genus invenit tanta concinnitatis & elegantie, ut omnium oculos in sui spectaculum raperet. Mirabantur alia: femina, non solum vestis pretium & artificium, sed tantam ingenii felicitatem, quæ hoc artificii reperisset. Palla erat perquam spatiosa & purpurea serica; hanc aen pinxerunt ex auro tres Phrygiones, qui annum & amplius huic vesti assiduum operam impenderint. Ad cycladem hanc seu pallam, quam dixi, additus est thorax feminae habilis, ex eodem purpureo sericeo, aureis filis pariter pictus. Primo autem die quo hanc vestem matrona illa induit gerebat, observavit nihil in se oculos convolare, timuitque ne alia atque alia novi artificii curiositate doctæ, imitari vellent quod vidissent, peterentque ejus, conficiende modum sibi dictari. Itaque ne facere rogaretur quod recitare vix posset, hortante vehementer conscientia, omnem hanc imitationem maturè præcavit. Ergo vestem illam, unico die spectatam & semel exutam, nonquam induit amplius, sed pio consilio, quod superbia fuerat instrumentum, religiose liberalitatis & elemosynæ ornamentum esse voluit, & illum omnem mundum Mariæ Magdalene in templo quodam obcultatavitque. Porro ex hac una tam pretiosa veste, altaris erum frontale seu pallium, sacerdoti sacrificantis indumentum, calici velum, libro missali tegumentum, sanctissima Eucharistiaë anticulum confectum est: En, Polychroni, etiam femina in triumphum ducunt superbiam. **POL.** Utinam, quibus luxum illum sectari placeat, norint & hanc frugalitatem suique victoriam imitari. Sed causam alteram addo.

**A**ltera causa: Vestimentorum luxus, non tantum animi corrupti est index, sed & corruptor, hinc origo majorum multorum. Aperte Chrysostomus: Num, inquit, multa etiam alia mala nascuntur ex nimia ornandi sui cura, manifeste suspiciones, sumptus intempestivi, blasphemie, avaritie, & plura habendi cupiditatis occasiones. Tellem locupletem addo Tertullianum: Quid alteri periculo sumus, inquit, quid alteri concupiscentiam importamus, nescio an impune abeat, qui alieni fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tuâ formâ, si concupierit, & admittit jam sem in animo quod concupivit, & facta est tu gladius illi. Eâ causâ divus Antoninus Florentinus Archiepiscopus, feminas petulantior habitu, velut illicium diaboli, in templis non ferebat. Appositè querit Chrysostomus: Quid enim ornari, dic queso? ut viro placeas? Igitur domi hoc facias. At verò contrarium sit, incultior domi foras prodii cultissima. Utinam hic tam modestè peccaremus, ut culpa se domi contineret. Sed malum hoc publicari vult, ut pluribus noceat, quo plurium oculis hanc vanitatem ingerit. Quis eam quam nulli ostenderet, induit purpuram? nemo oculis suis laus est, sed alienis. His implendis, aut saltem in admirationem capiendis, tot hominum omnes pæne cogitationes laborant. Hoc mihi nemo persuaserit apud hos comptulos multum profunde, aut pie cogitationis reperiri: prima virtus, quæ apud hos exultat, notitia sui est. Et sicut ligno putrido in nati vermes, lignum magis corrodunt: sic è superbia, vanitate animi, cupiditate oculorum, superfluous cultus, & vestium luxur nascitur, idemque post luxur superbiam auget, erigit, consummat. Ab artifice diabolo sunt hæc irritamenta, quæ de proximo curant lascivie mercimonia, & obducunt pudicitie disciplinis. Hinc illa Laconum severa lex, quæ servandæ curam gerebant Ephori (supremis magistratibus)



gistratus) ut quotidie obirent inspectiones vestimento-  
rum, si quid in illis forte à decenti iustoque ornatu alie-  
num inveniretur. Eandem ob causam apud Syracusa-  
nos lege cautum erat, ne mulieres auro, veste floridâ,  
contextu purpureo uterentur, nisi quæ pudicitiam vul-  
garent, ne quis etiam vir supervacua veste modum ex-  
cederet. Factum bonum: nam si Tertulliano credimus,  
pudicitia non tantum in carnis integritate, sed & cultus sim-  
plici munditie consistit. Non minus præclara lex illa vete-  
rum Francorum, quàm totidem verbis exscribere non  
piguit. Hæc est:

Nemo pluri vendito aut emito, quàm sagum optimum & du-  
plum XX. solidis: simplex X. Vilno autem minoris: Roccum  
Martimum seu Lutrinum optimum XXX. solidis. Sifmufi-  
mum optimum X. solidis. Qui secus faxit XL. solidis mul-  
tator, & delatori XX. solidis exsolvit.

GER. Prisca hæc sunt, & ad Evandri matrem pertinent.  
POL. Ergo etiam nostri sæculi vis specimen? Antverpia  
Europæ oculus, inter plurimos laudum titulos, hunc  
quoque tulit à suo encomiastâ, qui de nobilissimâ hac  
urbe: Magna, inquit, ubique majestas oculorum, incessus, oris,  
vestimentis quibus nihil quod libidinis negotium curet. Nulla hic  
purpura multo saturata conchylio, intertexta auro, coloribus di-  
stinctâ, aut (sanè non nisi perquam rara. Plurimum pullâ veste  
gaudent, & respondet innata morum gravitati & modestiæ,  
vestitus enim pudoris præventus est, nam mores ferè habitus  
prænuunt. Gravitate ergo hic & quamdam maturitatem  
sopit, nihil leve, nihil quod matronalem, nihil quod virginal-  
em pudicitiam deceat. Itaque honestatis exempla non  
defunt, sed imitatores.

## S. III.

Tertia causa: Dispensium temporis, quod corporis  
cultum sequitur. Notum illud Comici: Dum mo-  
liuntur, dum communur, annus est. Sanctus Nonnus He-  
liopolitanus Præsul, cum videret Pelagiam, mulierem  
vulgarem ad unguem undequaque gemmis & auro  
cucullissimam, fortè tum transeuntem, in ejus contempla-  
tione aliquantulum oculis defixus, dein ad circumstan-  
tes versus: Et quot, inquit, horas putatis hæc mulier ex-  
pendit, dum se in cubiculo comit, lavat, unguit, compo-  
nit, ornat, dum se omnium oculis quàm exactissimè po-  
lit? & nos quantillum temporis, neque id sine nauseâ,  
insumimus, ut Deo placeamus? Cum dicto in lacrymas  
& preces solutus est. Et certè à Deo hoc impetravit, ut  
Pelagia eximpurâ, in castam & pudicam mutata, longè  
aliter finiret quàm ceperit, vitæque pessimæ clausulam  
optimam apposuerit.

O temporis jacturam irrevocabilem! quanti horulam  
emerent vel unicam ad inferos dejecti? & nos tot horas  
optimas prodigentiâ pessimâ perdimus magis quàm vi-  
vimus. Bernardi querela est æquissima: Tempore nihil esse  
pretiosius, sed eo nihil aut vilius haberi. aut pejus expendi.  
Transcunt, inquit, dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi non  
reditura momenta perisse causatur. Cum re verâ tamen dis-  
pensium temporis vel modicum, damnum sit gravissi-  
mum, damnum irreparabile, nec ullo auro reconcin-  
dandum. Crede mihi, Gerarde, si cultus corporis aliud  
malum non inureret, nisi hanc temporis amissionem,  
nullo censu sat æstimandam, dignus esset utique quem  
modis omnibus detestaremur. Thomas Mornus ille mar-  
tyrum amulus & Angliæ genitrix, litteris & pietate cla-  
rissimus vir dicere solebat: Quamplurimos in hac vitâ eo la-  
bore infernum mercari, cuius vel dimidio celum lucrati fuissent.  
Cumque hic ipse vir sanctus inveniret virginem ad spe-  
culum stanti, quæ multo cum labore, nec sine dolore co-  
mas nodo coquebat, & tunicam, quo gracilior videretur,  
arctissimè stringebat, tam festivè quàm sapienter inter-  
pellans: Nisi Deus, inquit, tibi pro hoc tuo tanto labore infer-  
num reddat, magnam tibi profectò injuriam faciet. Ita est; hi  
tales labores malo otio peiores sunt, nam & temporis  
pretium auferunt, & peitem afferunt, non unius vitii.

Alexandriam contemderat \* Pambus eremita, ab \* Alii,  
Athanasio Episcopo accitus: occurrit in viâ mulier (un-  
ptuosius ac delicatius ornata, quæ omnium oculos in  
sui spectaculum flexerat. Hanc ut Pambus tacito stupo-  
re conspexit, attonito similis hæsit, uti Nonnus, & pro-  
tinus in lacrymas iit. Rogantibus sociis, quid hæc lacry-  
mæ sibi velint? Duplex mihi causa flendi, respondit: cauda cur  
una, quod videam hanc mulierem sibi aliisque exitio ef-  
se: altera, quod ego ab neutiquam tantum studii ac citra  
adhibeam, ut mihi prosum & Deo placeam, quantum  
femina illa, ut sibi obfit & Deo displiceat. Certè hoc nescit mu-  
paullo aliquid supra dementiæ malum est, fatigari in  
sua perniciem. Apage sis hunc impium laborem, si  
non possum corpus colere, nisi velim tempus perdere.

## S. IV.

Quarta causa: Cultus corporis non alium ullum  
aut fructum quærit aut finem respicit, quàm va-  
nam gloriam. Sæpe plus expendimus ut oculos pascamus  
quàm ut ventrem. Verissimè Seneca: Non sunt, inquit,  
homines ad popinam dentibus, & ventre, & ore contenti, oculis  
quoque gulosi sunt. Nec ille incitè dixit: Mundum esse  
animal mirabile, quod majores habeat oculos quàm  
ventrem. Ergo, ut oshominum mereamur, oculis place-  
re cupimus, & ut laudatores habeamus, spectatores am-  
bimus, & tum demum operæ pretium fuisse credimus,  
cum voces illas audimus: En, quàm scitè, quàm elegan-  
ter, quàm venustè vestitus est! en hominem ad omnem  
gratiam excultum! Nimirum tanti est Deum lædere, ut  
ab homine lauderis. Quâ unâ re uti nihil in se vanius, ita  
divinæ legi, & Christianæ disciplinæ nil repugnantius,  
Meo judicio liberalissimè despici, qui ob cultiores ve-  
stes vult aut ditior, aut doctior, aut ceteris dignior vide-  
ri: quasi verò equum phaleræ faciant generosum, aut  
quali verò interior domus ideo speciosa sit, quod foris  
magnificè se specie ostentet. Helenam olim pingebat  
unus aliquis è tironibus Apellis, eamque picturam au-  
ro liberalius, quàm artis erat, obduxerat: vidit hoc ma-  
gister, & istud pingendi compendium minimè probans:  
O adolescens, inquit, cum non possis pingere pulchram,  
pinxisti divitem. Tales sunt qui ab exteriori corporis  
cultu formam sibi quærunt, & nescio quod nomen vel  
auctoritatis splendorem venantur, limillimi templis  
Ægyptiis, de quibus eruditè Clemens Alexandrinus:

Apud Ægyptios, inquit, templa, porticus, vestibula ac  
luci magnificè instructi, & atria multis columnis cincta  
sunt. Parietes autem lapidibus æternis & artificiosè de-  
pictis resplendent, ita ut nihil desit. Ades enim auro, ar-  
genro & electo collucent, & ex Indiâ ac Æthiopiâ vari-  
is fulgentibus lapillis, adyta verò intextis auro adum-  
brantur peplis. Sed si penetralia templi ambitus subie-  
ris, & ad ejus quod præstantius est, spectaculum prope-  
rans, imaginem quæ templum habitat, quæstieris, non  
invenietur Deus qui quærebatur & expectabatur sub  
tanto apparatu, sed felis, vel crocodilus, vel serpens in-  
digena, vel aliqua ejusmodi bellua, quæ templo quidem  
est indigna, sed antro speluncæ, ac cæno magis con-  
gruit. Ita nostrum, velut templum, variam sibi venu-  
tatem adsciscit à crine, à pigmentis, à vestes filie eorum  
composita, circumornata ut similitudo templi. En templum,  
sed Deum intus quære, hujus ædis incolam, & reperi-  
es animum ignorantem, indoctum, rudem, pusillum, ab-  
jectum, sordidum, impurum. En crocodilum, en felem,  
en colubrum, in cucullissimâ domo habitantem. Vir ma-  
gnus & eruditus (nuperrimè mihi narratum) juvenem  
cetera cultissimum, sed indoctum & Romani sermonis  
penitus ignarum latine instituit examinare. Hic misero  
nec vox erat nec sensus. Cum cantharo & poculis loqui  
didicerat bonus juvenis, non cum viris doctis: Bacchum  
noverat & Cupidinem, non Musas, ita vel pisce magis  
mutus stabat, & ne omnino feriareretur, terram pede te-  
rebat.



rebat. Ubi hominem vir ille doctus tam amicum vidit: Pulchra est, inquit, bestia; sed dolendum, eam nil didicisse quam superbire. De hoc tali homine vestissimè dixeris: id pulchram statim, modò ei cerebrum non deesset! id plumbeum gladium in aurea vaginâ! id elegans templum, sed in quo ignorantia pro deâ colitur!

*Lib. de villis.* Innocentius Pontifex hoc ipsum sapienter adstruens:

*condit. hum.* Quid, inquit, aliud est pretiosior ornatus, quam sepulchrum  
*Laert. lib.* foris dealbatum, intus spurcitia? Cræsus rex Lydiae regi or-  
*de vii.* natus, sublimi solio residens, Solonem interrogavit, an  
*Phil. cap. 2.* pulchrius unquam spectaculum vidisset? Vidi, respon-  
dit, in gallis gallinaceis, phasianis, atque pavonibus. Cer-  
tè pavones sumus; spectari volumus, & ab hoc specta-  
culo quod aliis præbeamus, laudari. Xantippe olim, So-  
cratis uxor, laucius se vestierat, à marito causam ejus rei  
interrogata, respondit se spectatum produituram, & mea  
conjug, inquit ille, non ut spectes, sed ut specteris, sic  
vestiris. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes (ostenduntur  
enim istæ res, non possidentur, & dum placent transi-  
vunt) vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et quid vanius  
iis hominibus, qui quod meliorem habent togam, eò sibi  
meliores & ipsi videntur. Quâ unâ in re bis errant, ne-  
que enim minus falluntur quod meliorem putent to-  
gam suam quam quod se. Cur enim si vestis usum spe-  
ctes, tenuioris fili lana præstat crassiori? At illi tamen  
tandem naturâ non honore præcellant, at tollunt cri-  
stas, & sibi plus pretii credunt accedere ab ornatu, ho-  
norèque quem vilius vestitus sperare non essent ausi,  
elegantiori togæ velut jure suo exigunt, & prætermissi  
negligentiùs, indignantur. Vanitas vanitatum! Et hanc  
Anglus quispiam non è plebe, tam festivè quam oppor-  
tune oculis subiecit. Londini in Angliæ metropoli mo-  
ris est, ut cives primarii, præsertim exdecurationes, statis  
diebus apud Prætoris ædes, civis honestè quidem, sed  
non delicatè vestitus venit, cum ceteris pransurus. Ve-  
rùm à janitore, velut eò ætè indignus, repulsam tulit:  
ille causam erroris facillè addivinans, domum redit, ve-  
stem mutavit, structius processit, & priorem aditum de-  
nuo tentavit. Jam notus, jam gratus hospes admittitur,  
accumbit, prander. Prandio expirante, & ceteris gratia-  
rum actionem parantibus, ille togam sibi detractam  
imponit mensæ, & observantiâ singulari venerabundus,  
suæ vestis ob prandium illud gratias agit amplissimas.  
Aliis insolentiam facti mirantibus, sui consilii rationem  
memoravit cum risu & applausu omnium. Vanitas vani-  
tatum! quæ nos gloria sed vanæ, sed stultæ facit manci-  
pia. Pulchrè Chrysostomus: Gloriantur, inquit, in re quam  
vermes & gignunt, & perdunt. Nocti, Gerarde, aves in nu-  
ptiis Aquilæ indignissimè tulisse, upupam avem pastu  
aliâ obsecnam, tamen ob versicolores pennas & pli-  
catilem cristam ceteris præferri. Non minùs stultum est  
laudare vel honorare quempiam, ob vestem potiùs aut  
formam, quam virtutem. Hinc ille non immeritò in  
suas ipse vestes sævit, quamvis ridiculâ crudelitate. Ex-  
pertus is fuerat sibi in obsoletiore togâ ad forum de-  
scendenti, honorem illum minimè deferri, qui tamen in  
nitidâ veste prodeunt, magno ceremoniarum apparatu  
deferrebat ab omnibus. Idcirco cum è publico do-  
mum rediit, vestem humi abjectam pedibus calcans:  
Ene tu honoratus ille vir, inquit, an ego? tibi ne honor  
iste tribuitur, an mihi? Vanitas vanitatum, & omnia va-  
nitas!

*Ecclesi. cap. 1.* *verf. 2.*

*Tho. Morus*

*Vit. lib. 2.*

*Hemil. 3. in*

*epist. 1. ad*

*Timoth.*

*Hermannus*

*Busebius.*

*Numos*

*dissipat &*

*rem do-*

*mesticam*

*frangit.*

## §. V.

Causa quinta: Vestium luxur & numos dissipat, & rem domesticam frangit. Pecunie comparere difficile est, ubi tam multiplex imperium jubet effundere. Crumena sæpius hiet necesse est, ubi corpus studio-  
sius ornari cœptum est. Jam hoc, jam illud deest, aut cer-  
tè deesse fingitur, modò istud, modò aliud argento pen-

A sandum. Res tam nota, quam mira est, neminem ego-  
num esse, cum superbia negotium agitur. Perunt pau-  
peres? non suppetunt numi. Corpus ornari postulat? in-  
jam abundamus. Opem pecuniariam rogant amici? negotium  
jam pridem ipsi egemus. Nova vestis commetenda est  
jam turgent marcupium. Opificibus merces solvenda  
est? differri hoc potest in aliud tempus. Novum col-  
larium genus repertum? simile quamprimum confi-  
ciatur. Necesse quid domesticis emendum? expe-  
diant, pecunia deficiente. Nuperus & novitius corpori cul-  
tus parandus? paratur, superest loculus quod dent. Ita  
paupertatem nunquam pejus odimus, quam cum ves-  
tium nitore adversum it. Tunc opulenti sumus, cum  
sumptus faciendî in corporis lenocinium. Jure Bernar-  
dus queritur: Invenimus curiosi quò delectentur, & non in-  
venimus miseri quo sustententur, cum periculo animæ acquirant,  
unde oculos hominum delectent. Neque hîc formidamus  
nomina facere, & alienum cogere, modò vestis splen-  
deat, quisquis nomina expungat, aut ære alieno nos le-  
vet. Fit quandoque ut quis in veste se jactet quam ad-  
huc sartori & mercatori debet. Neque injuriarum agi  
posset qui accederet & moneret: Hæc tu, hæc vestis  
nondum est tua, quid te in alienâ vendis? tuus creditor  
suam appellat. Et quam turpe est corniculæ plumis non  
suis superbire? Sed ea est libido quorundam sumptuo-  
sè se vestendi, ut nullas expensas seu suas seu alienas ve-  
reantur. Hinc monstra illa & prodigia: Nero nullam ve-  
stem bis induit: Heliogabalus gemmas ab optimis arti-  
ficibus sculptas in calceamentis ferebat, quæ nunquam  
iterabat, sed ne linteamen lotum unquam attigit, men-  
dicos dicens qui lotis uterentur. Nec nostro ævo talium  
monstrorum inopia est. Gualterus Rajoleus ille apud  
Anglicanam Cleopatram nimis graciosus homo, vilis  
est in aula crepidas gestare ita gemmis aureorum, ut  
6600. hoc est, sex millium sexcentorum aureorum &  
amplius æstimarentur. Ante annos non adeò multos,  
cum feminarum symmata etiamnum in usu essent, sed  
minimè laudabili, Comitissâ quædam in materiam  
unius hujusce symmatis, florenorum duo millia & quin-  
gentos, opifici verò in manu pretium & pro opere fa-  
ciendo centum quinquaginta florenos numeravit libe-  
rali manu. Sunt, quibus fortunas omnes veste bajulare  
ac deterere pulchrum est, tantâ stultitiâ contemere au-  
dent opes, qui jactant, qui gerere malunt quam posside-  
re. Sic aliquibus omne in ornatu patrimonium est. Et eò  
jam luxur vestiumque pretia excreverunt, ut quo vesti-  
tu olim Comites, Marchiones, Duces uli fuerunt, illo  
nunc novi homines & infimæ nobilitatis viri femina-  
que utantur; & qui antea nobilium erat habitus, is jam  
plebeculæ & mechanicis vix approbatur. Hinc pretia  
rebus sic inflantur, ut jam inter maximos sumptus  
numeretur, & cetera. Verissimè Satyrus etiam de nostro  
hoc ævo:

Hic ultra vires habitus nitor; hic aliquid plus  
Quam satis est: interdum alienâ sumitur arcâ.  
Commune id virium est, hic vivimus ambitioâ  
Paupertate omnes

Quando ergo Principes suum famulitium splendore  
& sumptu vestium agere superare queunt, rectissimè sa-  
piunt, qui sumptuosissimum hoc certamen detrahant,  
& quos luxur nequeunt, vincere conantur modestiâ.  
Olim qui mollibus vestiebantur, in domibus regum  
erant. Desierunt jam ista secula, aliis nunc moribus vi-  
vitur. Etiam in tabernis, tuguriis, casis sunt qui mollissi-  
mè vestiantur, quique potius fordidè & parè conare,  
quam minùs sumptuosè vestiri velint: multi malunt ma-  
le esse, modò bene & opiparè vestiantur; adeò etiam  
gula multum superatur à superbiâ. Mirum! sacculus opti-  
mo tritico refertus, trioboli fune stringitur, sacculus no-  
ster, corpus nostrum immunditiis plenum, non tam ve-  
stimentis quam ornamentis sumptuosissimè vult cingi.  
Vociferantur



*Amos 6.* Vociferatur Amos propheta: *Vae vobis optimates, ca-*  
*pitula populi, ingredientes pompaticè domum israel.* Quan-  
 tis hodie clamoribus ageret vates, si cerneret quo ap-  
 paratu, quantà pompà, non optimates solum, sed & è  
 plebe uterque sexus in templa sese inferret. Numen  
 suppliciter exoraturi, quantà possunt ostentatione in  
 aedes sacras, velut ad choream conveniant; ad divinum  
 cultum properant, sed ut suum ostendant. Num hoc,  
 Gerarde, mores Christianos sapit? Theophylactus velut  
 templi custos, compitorem feminam examinans: An  
 saltatura, inquit, ad Ecclesiam pergis? Nunquid hic nu-  
 ptias & lasciviae oblectamenta conquisis? Num ut tui  
 spectaculum praebeas advenisti? Non iste supplicis est  
 habitus, accessisti ut Deum pro peccatis tuis depreceris,  
 ut cum gemitu & lacrymis veniam petas; quid te ipsam  
 ornare improbo & intempestivo studio contendis?  
 Profectò hæc cura nec domos ditant, nec templa or-  
 nant; illæ sumptibus exhauriuntur, hæc levitatibus &  
 petulantis implentur.

## §. VI.

*6. Sine modo est, nec finem invenit.* **C**AUSSA sexta: Ostentatio hæc vestium sine modo  
 est, nec finem invenit. Quod præclare docuit Cle-  
 mens Alexandrinus: *Ebriosum esse, inquit, & vinosum, etsi*  
*sunt magna vitia, non tamen tanta, quantum est nimium sui*  
*ornandi studium. Mensa plena & frequentes calices satis sunt*  
*ad implendam ingluviem. At qui auri, purpure & gemma-*  
*rum nimio studio tenentur, ut nec quod super terram, nec quod*  
*sub terrâ est, aurum suffecerit. Dum ergo cupiditatis limi-*  
*tes sibi non constituunt, in impudentiam impingunt.*  
 His enim opus est & theatro, & pompâ, & spectatorum  
 multitudine, & errore in sacris, & diuturnâ morâ in  
 triviis, ut sint manifesti omnibus. Ita vitia nec finem  
 habent nec modum, juvâque ludere impendiis, & lu-  
 sus hos geminare, dum quotidie aliquid novitatis sum-  
 ptuosius adjicitur. Linum aut byssum patriam pridem  
 fastidimus, peregrinam quarimus. Belgicam aut Bata-  
 vam quantovis pretio mercamur. Mulcis quo chiro-  
 thecæ aut vestes imbuendæ, ab ultimâ Thule & terræ  
 finibus apporretur necesse est; omnia vicina & quæ vi-  
 lioris pretii sunt, sordent. Sic earum vestium summa  
 commendatio est, quarum odor invitet etiam aliud  
 agentes. O Gerarde, malè olet quidquid carnem olet,  
 etiam si moschum oleat. Sed & hoc spectamus in cultu  
 corporis, ut is plus artificio debeat quàm naturæ, &  
 majus pretium sartor exigit quàm mercator, labore  
 materiem superante. Novi virum doctum dicere soli-  
 tum: A Jurisconsultis quibusdam minores sumptus fieri  
 in libros & Juris codices, quàm à multis feminis in  
 mundum & concinnitūdines. Finem non invenit &  
 modo caret ambitiosus hic vestium cultus, qui jam  
 olim excogitavit, quâ ratione araneorum textura in  
 amictum transiret. Disertè Plinius affirmans: *Telas, in-*  
*quit, araneorum modo texunt, ad vestem lucinque femina-*  
*rum, quæ bombycina appellatur. Telas illas raritate texturæ,*  
*& macularum pervia latitudine translucidas, seu vestem*  
*Coam, cum araneorum opere confert Plinius. Sed an*  
*non hoc extra modum est, sic vestiri quasi araneos tex-*  
*tores habueris, & eorum retia in vestem aptaris? O*  
*quantum à loricâ discessere mores, ut oneri sint etiam*  
*vestes! ô quàm commodè possemus vestiri esse sine*  
*commercio Serum & exoticis his deliciis! Prudentius*  
*olim jure querit & indignatur:*

*Nim pudet esse viros: querunt vanissima quæque*  
*Quæ niteant: genuina leves ut robora solvant,*  
*Vellere non ovium, sed Eo ex orbe petitis;*  
*Ranorum solis stuantur sumere amictus*  
*Gaudens, & durum sentulus perfundere corpus;*  
*Addit ars, ut sila herbis saturata recoctis*  
*Illudant variis distincto flamine formas,*  
*Præ quæque est lanugo ferè mollissima tactu*

Tom. I.

*Pectitur; hunc videas lascivias præpetere cursu*  
*Venientem tunicas, aurum quoque versicolorum*  
*Indumenta novis texentem plumæ telis.*

**D.** Hieronymus ad Latani de institutione filiae in  
 eandem hanc nimiam & pellucidam molliem invecus:  
*Spernat, inquit, bombycum telas, Serum vellera, & aurum in*  
*sila lenescens: talia vestimenta parat, quibus pellatur frigus,*  
*non quibus vestita corpora nudentur. In Marcellæ viduæ*  
*epitaphio ad Principiam virginem: Solent enim, inquit,*  
*purpurisso & cerussâ ora depingere, sericis nitere vestibus, splen-*  
*dere gemmis, aurum portare cervicibus. Nostra vidua talibus*  
*usa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret,*  
*aurum usque ad anuli signaculum repudians. At nos plerun-*  
*que omnia nostra, bona & pulchra esse malimus, quàm*  
*nos ipsos & animum nostrum. Vir nobilis & opulens,*  
*Aristippum \*philosophum in aedes introduxit, & cir-*  
*cumduxit quæqua verum. Varia ubique & pretiosa su-*  
*pellex, summus in omni angulo nitor, & accuratissima*  
*ubique mundities. Et jam gratiæ agenda erant ab eo*  
*qui sic humanè fuisset deductus: cum ecce philosophus*  
*sputum colligit, & in ipsius heri barbam jacit. Ille, quasi*  
*conjecto in se Tisiphones angue, totus in fermento esse*  
*& ardere irâ. Philosophus ut huic incendio verborum*  
*lymphas affunderet: Quæso te, inquit, ignosce; totam*  
*domum lustravi, nec angulum reperi qui immundior*  
*esset hac horrente tuâ barba. Videbar ergo rectè factu-*  
*ras, si in locum domus tuæ sordidissimum has oris sor-*  
*des ejicerem. GERAR. Hic silentium rumpo, vel te in-*  
*vito. Quanta & quàm incredibilis huic philosopho*  
*fuerit audacia? POLYCH. Longè major est, sed tedi-*  
*diabolo. Vaferrimus hic philosophus ex Oreo, ubi in*  
*homine omnia compta videt & exculsa, præterquam*  
*animum hominis, variis eum suggestionibus conspuit,*  
*& hoc prolixè agit, ut tantò magis sordescat animus,*  
*quantò magis nitescit corpus. Erubescat ergo seipsum*  
*homo malum & turpem, inter res suas bonas & pul-*  
*chras. Et sanè vestes pudori nobis sint potius quàm ho-*  
*noris. Nam vestis apertissimum signum est, primum*  
*omnium parentem fuisse furem. Niti vetitum malum è*  
*paradiso sublectum fuisset, nativæ etiamnum pulchritu-*  
*dine gauderemus. Quis verò stigmaticorum, stellantem*  
*& cauterio inultam frontem in laude ponit? Neque ad*  
*claudi aut loriæ gloriâ facit, ligneo pede gradi vel*  
*argenteo, cum defectus fulcrum sit, non argumentum*  
*roboris; neque est quod scabiosus triumphet, si scabiem*  
*panniculis nitidioribus velet. Et quid agrotus cataplas-*  
*matum aut medicamentorum copiâ superbit? Quid*  
*ergo nos vestes notissimi furci argumentum inter de-*  
*cora nostra numeramus? GERAR. At vestes ornant*  
*nos. POLYCH. Hoc laudis esset, si nos illas ornaremus.*

## §. VII.

**C**AUSSA ultima: Jactura nominis & famæ. Nos lau-  
 dem aucupamur ambizioso habitu; plerumque nominis  
 contra sit, & vituperium reportamus, aut in suspicio-  
 nem sinistram venimus. Rex Ochozias, nuncios suos ad  
 se redeuntes interrogavit, cur spe citius reverterentur? *vers. 2.*  
 At illi remissos se ajebant à viro, qui occurrerat in viâ.  
 Instat porro rex querere, ejulnam habitus esset vir  
 ille qui occurrisset, & mox è viri veste colligens quis  
 esset: *Elias, inquit, Thesbites est, hic ipse est. O mi Gerar- Ibid. v. 8.*  
 de, si te viderint alii ad eum comptum & velut pumice  
 expolitum, non te dicent Eliam, sed Thrasionem, sed  
 pavonem, sed cultam statuem. Animum nostrum rese-  
 ramus iis qui nos vident; defectus nostros apertius spe-  
 ctatoribus nostris, còsque qui fortè nos frugales & sa-  
 pientes censebant, errasse ostendimus. Latentis in ani-  
 muso vanitatis indicium est, ambiciosior corporis orna-  
 tus. Quàm verò prona & facilis post hæc indicia, suspi-  
 cio? Salomon dum se tantopere in sui cultu occupat,  
 Dei obliviscitur, & sensim per tot corporis lenocinia ad  
 gentium

O o



Ecdi. c. 47.  
vers. 22.

gentium idola turpissime deservit. Verè dedit maculam in gloriâ suâ, & sapientiam stultitiâ confudit. Quando nux ante tempus corticem abijcit, intus se corruptam ostendit: quando Christianus exteriorem habitum discipline Christianæ congruum rejicit, hærescentis in animo vermiculi cariem prodit.

Abac. cap. 2.  
vers. 19.

Vulgare feretrum effertendis cadaveribus assignatum, nunquam decentius vestitum cernitur, quàm cum cadaver in illo recumbit. Alii multi tales, & huic feretro simillimi sunt, qui corpus suum tunc maximè ornant, cum animum letali culpâ emortuum circumgestant. In hunc talem Abacuc jam olim pronuntiâns: Ecce iste, inquit, coopertus est auro & argento, & omnis spiritus non est in visceribus ejus. Tam varia tamque disparia simul ex æquo curare non possumus; corpus comere, & animum excolere vix ejusdem hominis est. In nimium diversas curas hæc agant, quantòque plus sollicitudinis huic impenditur, tantò plerumque minus alteri. Ita dum corpus curâ & diligentia nostrâ complectimur, animum otiosi & negligentes ferè transimus: nimirum ut servus niteat, herus in squalore est. Arca testamenti erat intus obducta auro, at foris cooperta cilicio: si animus noster amore divino plenus, parum interest, qualem se ostendat exterius. Cordis penetrantia virtus occupet, nec anxius eris quâ veste corpus alienis oculis commendes. Commemorat Paulus probatissimos homines præfæ legis, camelorum & caprarum pelles vice vestium habuisse. Sciebant se nudos in hunc Orbem prodissse, nec aliter discessuros.

Hebr. c. 11.  
vers. 37.

Tract. de  
Nabuchodonosor.

Nescit natura divites, inquit Ambrosius, quæ omnes pauperes generat. Neque enim vestimentis induti nascimur, nec cum auro argentoque generamur. Nudos sudit in lucem egenes cibo, potu, amicis; nudos recipit terra quos edidit; nescit fines possessionum, seculo nos includit cæpes angustius, qui & pauperi abundat & diviti, & terra viventis quem non cepit affectum, jam divitem capit. Eodem sensu Seneca: Nemo, inquit, nascitur dives: quisquis exiit in lucem, visus est lacte & panis esse contentus. At ista non cogitat: alios mores sapit qui vestes lautissimas tam providè quærit, atque hoc unum agit ut placeat, sed plerumque hoc unum minime omnium impetrat: sæpissime alia omnia dicuntur quàm quæ in laudem. En, ajunt, politissimam statuem, en pavonem speciosè ingredientem; en vestitus insolentiam, en cultum censu majorem! Unde huic homini ad hanc lautitiam tam dives crumena? tam magnificè non incederet, nisi & aliena marfupia emungeret. En ostentationem inanissimam, en pompam idioti! Et quis tandem est hic Thrafo, quâ domo, quâ gente, quinam ipsius progenitores? homines è pago, rustici, gens agrestis: ille ipse olim olus vendidit, & nares brachio absterfit, noluisse de manu ejus panem accipere, nunc quantus, quàm sublimis est? Hæc illa sunt elogia, hi speciosi tituli, quibus liberalissimè afficiuntur ii qui sui status & ordinis rationem ignorantes, in vestitus elegantias plus expendunt quàm laudari possit. Ita melioris notæ famam non auget, qui corporis cultui tam religiosè studet: malignas suspiciones non effugit, qui seipsum tam affectatè committit. Pulcherrima deformitatis excusatio est, vestitus decentia & honestas.

Elogia eorum qui plus quàm laudari possit, in vestitus elegantias expèdunt.

## CAPUT XI.

Dictorum ratio, confirmatio, coronis.

GERARDVS.

ET cur, mi Polychroni, aut unde tam disertus es in vestium luxum, & quidem sacundiâ tam prolixâ? POLYCH. In aurem tibi dicam ipsissimam veritatem: Hoc vitium multa secum trahit vitia, curiositatem, delicias, vanam gloriam, pessimam liberalitatem, tempo-

Multa vitia trahit secum vitium cultus.

ris jacturam, & post hæc omnia, revera potens Libidinis fomentum est. Non venit de integrâ conscientia hoc studium placendi per decorem, quem naturaliter invitorem libidinis scimus. Ita Hieronymus sentit: *Alibi* Si vir, inquit, vel mulier se ornaverit, & vultus hominum ad se provocaverit, etsi nullum inde sequatur damnum, judicium tamen patietur, quia venenum attulit, si fuisset qui bibisset. Est ita, ut dicit: concinno vestitu alienos oculos vulnerare facillimum. GERAR. Absit hoc. POLYCH. Ita loqui solemus, sed commune nobis vitium est, aliter dicere & aliter facere, ut meritò idem Hieronymus moneat, aut loquendum nobis ut vestiti sumus, aut vestiendum ut loquimur. Lingua castitatem jactamus, veste levitatem aut impudiciam sæpe non dissimulamus. GERAR. Modò in leges divinas non peccemus. POLYCH. Ubi politica calcantur, nec divina in honore sunt. At politica hic sperni, vel oculi loquuntur. O lex Oppia quàm dudum exulas? O leges vetustariæ tot multæ.

urbium & provinciarum, quàm dudum expiratis! jam pridem nullos limites patiuntur effusissimi sumptus in vestium pompam. Et quæso re, Gerarde, dic quæ biblia docent cineres serico velandos, cœnum auro tingendum, fimetum purpurâ operiendum? & an non corpus nostrum cinis, cœnum, fimetum? Cur istud, mi homo, sic operis, sic comis? *subter te sternetur timea, & operimentum tuum erunt vermes.* Pulchrè Ambrosius: Audi, inquit, omnes nascimur nudi & morimur: nulla distinctio inter cadavera mortuorum, nisi forte quia gravius sentent corpora divitum discenta luxurie.

Voluit bonus Deus spiritum hominis, velut divine particulam aurâ, & sui simulacrum nullo pretio sat aestimandum, nihilominus vili sacco corporis abscondere: cui jam verosimile videatur, opificem hunc voluisse, corpus quod vilissimum est, pretioso regimine involvi, qui spiritum inæstimabilis pretii tam vili regimento circumscriptis? Et cur ipse Deus protoplastus pelles in vestem dedit, si nos auro & gemmis vestiri voluit? Aut igitur miserabili virtutis inficitia laboramus, aut infaniam hilarem infanimus.

## S. I.

QVæsit nuper è Dionysio cognato meo quispiam, quos ille in stultorum navigio primâ sede putaret honorandos? Hæc nonnihil Dionysius ad subitam quæstionem, & Res hæc, inquit, multæ cogitationis est: at tu luce crastinâ redi, & responsum à me auferes: interim ego senatum in animum advocabo, ut suis mementis quæstio tam seria ponderetur. Rediit alter postero mane, & An responsum, inquit, reperisti meæ quæstioni? Cui meus cognatus: Reperi, ait, & ut scias secretâ assimatione rem probè pensiculaui, demum hoc statui: in stultorum trirēmi primos omnino videri aut primis proximos, qui à vestium luxu magnum sibi ornamentum crederent accedere. Cùmque alter ejusmodi responsionis rationem sibi non liquere dixisset, subjecit cognatus meus: Tu ergo vide quid fieri decentius possit, quàm operimenta, quæ dedecoris nostri & infamiae, à primis parentibus contractæ, certa sunt indicia, in laudem & ornatum velle trahere: nisi verò tu dicas nebulonem numellis, aut furem ornati fume. Addo: cùm à lapsu protoplasti, libido & omnis generis fœdæ concupiscentiæ in membris nostris jam ante nimium quantum exardescant, nos infami huic incendio pabulum insuper sufficimus, & ardenti camino prælargè oleum affundimus; colimus & comimus nos, & sic cultos comptosque mutuis aspectibus propinquamus, ut si fortè sopita dormiat lascivia, ad has illecebras reviviscat. Memini, etsi nondum senex, cùm non tantum corpora, sed & vestes ipsæ honestissimè tegeantur: Viti suas promidiore nigro pallio, suas matronæ nigra & per totum corpus defluente palla tegebant. At nunc tantum abest



abest ut vestes tegantur, ut pæne etiam detegantur corpora, & initium alibi jam factum est, ritu planè non Germano, sed extero & inreverdico. Non satis est pompaticæ ostentationis curiositatem omnium oculis ingerere, jam etiam, quæ olim velata, nudamus, & paulatim pectus aperimus. Quod quid aliud est quàm pudicitiam aperto Marte oppugnare? Quid hoc aliud quàm irritare cupiditates hominum jam ante incitatas? an non hoc nobile specimen est flagitiosæ fultitiae, & quæ primas mereatur? Quidquid dicas; hæc in veste lenocinia non sunt pudoris tegumenta, sed irritamenta libidinis. Luculenta hæc est & manifestaria ipsania, ad mortem dammati sumus omnes, capitis supplicium nemini non impendit, ex quo natus est: jam ducimur, in prædam jam sumus ad supremum exitum, & tamen etiamnum de curiosiore cultu solliciti sumus? Et quàm illud solers sed grandis fulticia est, domum, quæ jam vitium facit & ruinas minatur, foris magno sumptu depingere, intus nil optulioris ruituræ? Quid corpus, ruinosum hoc tugurium tam exquisito vestium nitore, tot pigmentis obducimus: jam ad ruinam inclinam; brevi abjicietur in tumbam, terrâ obrendum. Cyprianus obiectum hæc occurrentis: *Ar locupletem, inquit, te dicis & divitem; & attendam putas is qui possidere te Deus voluit, utere, sed ad res salutares: utere, sed ad bonas artes: utere, sed ad illa quæ Deus præcepit, quæ Dominus ostendit. Divitem te sentiant indigentes. Patrimonium tuum Deo sœnere, Christum ciba; & commenda illie thesaurus tuos, ubi fur nullus effodiat, quo nullus insidians grassator irumpat.*

§. II.

**V**ix credi potest, quantum post Apostolos viri doctissimi, Apostolorum imitatores laborarint, ut Christianas quæ cultum corporis, in modestia officio continerent, præsertim cum idololatæ in eos qui neglectioribus habitus erant, variè jocarentur & diceria spargerent: uti divus Hieronymus commemorat, cujus verba hæc sunt: *Si tunica non induerit, statim illud è trinio: Impolitor, aut Græcus est.* Laborandum ergo fuit ne Christiani vitandis his conviciis, corpus potius excolerent quàm mores. Hinc Tertullianus de cultu feminarum, Cyrianus de habitu virginum scripsit; hinc Ambrosius, Hieronymus, alique complures ad hanc ipsam in cultu corporis modestiam graviter cohortati sunt. Sed ante hos omnes Justinus martyr jam olim in eas declamavit, quæ arte dolosa tentarent quod feminis Christianis esset interdictum, atque has ita objurgat: *Vix venit quibusdam seipsas sullenitius, ut cum aperte vultum pigmentisungere non audeant, arte id faciant.* Nam in undam aut oleum facite inclinatæ desipientes de seipsis judicant, *an adversus civitatem belligerare possint.* Et quibus facile est scire, Christianas pedinas fucinas nec speculo quidem licenter uti solitas, cum ex, quas Justinus perstringit, legem eluderent arte. Nec desissent Tertullianus, qui eas pudicitie nundinatrices nominat, (suprà expoluit) quæ consilium formæ à speculo petunt. Et quæto quid Numinis & naturæ ordinem invertimus? Cur servum ornamus, ad speculum cominus, & deliciis pascimus, dum herus & imperator fœdâ macie tabescit? Bernardo magna abusus est, & nimis magna, dominam ancillariæ, & ancillam dominari. Apud Romanos olim staties Saturnalium, quibus per ludum & jocum, jus heile fervi occupabant: at nos Christiani Saturnalia totis animis agimus, & corpus mancipium, supra dominum extollimus, ut & de nobis verum sit, quod Ecclesiastes notans: *Vidi servos, inquit, in equis, & principes ambulantes super terram quasi servos.* Incredibile dictum est quam acti præsumptentis studio, quantis oculorum fontibus, illud vituarum decus Romana Paula, hanc in se culpam expunxit. Monita namque, præcere oculis, néve illos effle-

A ptum purpuriflo, & ceruffa, & fribio fape depinx; affigendum Hieron. in  
 eſt corpus, quod multis vacavir delictis; longus riuſ perperi epiph. S.  
 compenſandus eſt ſterus mollia linteamina & ſerica, & pretioſa.  
 aſſeritate illicii commutanda: qua viro & ſaculo placui,  
 nunc Chriſto placere contendo. Paula.

Ejusdem animi fuit Edildrida Anglorum regis filia. Eundem  
Hæc extremâ ætate facrarum virginum antistita, è colli- luxû Edil-  
tore magnos dolores capiebat, quos non tantum- drida Ang-  
moderatè & placidè, sed & egregiè animi alacritate, & gloriæ regis  
voluntate summâ tolerans, dicere solebat: Rectè om- filia expu-  
nino mecum agitur, rectissime; quibus membris delin- gnavit ma-  
quimus, his punimur. Memini me juvenalem super- ximis do-  
vacua monilium pondera gestasse collo, jure igitur pœ- loribus.

§. III.

**T**homas Morus, fides illud Anglicum, ille super-  
mus regis Hentici Cancellarius, tantum maiorem  
meretur laudem, quanto minorem ipse curam sui cor-  
poris gessit. Sileo, in mensa eum uno tantum cibi ge-  
nere, quod ut plurimum bubula caro fuerat, velle soli-  
tum. Vestis ei simplex, & tunc solum serica, cum publici  
magistratus officium cogeret. Unâ eademque semper  
utebatur, nisi cum famulus mutandum moneret dice-  
rétque: Here, hodie cursum ingredimur; paullo melior  
vestis sumenda. Ita heilis habitus arbitrium omne pe-  
nes famulum erat, qui calceos, caligas, aliâque in hunc  
usum necessaria præstabinat. Hunc eâ de causâ tutorem  
suum solebat vocare Morus, cumque die aliquo calceis  
admodum attritis & pene pertulis prodiret, monitus  
est, veteres soleas novis immutaret: Et tu, inquit, meum  
tutorem roga, alios mihi emat. Denique in his quæ  
corporis curam cultumque attingebant, maluit vir illu-  
strissimus, religiosorum hominum more, alienis impe-  
riis parere, quam suo nutu agere, sive ut animus excel-  
sissimus ad hæc tam minuta non devocaretur, sive ut  
principem hominis Christiani virutem, submissionem  
& modestiam insigniis in se exprimeret. Quæ, nus-  
quam in minore pompâ magnæ virtutes, quam hic ha-  
bitarunt. Saxonie Dux Guilielmus, honesti habitus  
amantissimus, in aulicâ familiâ hominem habuit vetu-  
stæ stirpis, sed mentis vanæ, & qui novitio ritu, prout  
nunc ferè mos est, vestem gerebat. Hunc affatus prin-  
ceps: Quæso te, inquit, ne recites mihi gratificari: sar-  
torem adi, & ex optimo panno vestire te jube meo  
sumptu, sed more meo, & scissas has vestes deponere. At  
ille aliquantulum præceps & biliosus: Et cur, inquit, il-  
lustrissime princeps, non meo me arbitrio vestiam? Et  
cur, subjungit dux, non meo te arbitrio aulâ submo-  
veam? Atque mox missione datâ, alium sibi dominum  
jussus est querere. Non iniquum imperium, & ad præci-  
piendi modestiam attemperatum. Certè & Lacedæmonii  
hospitem Milesium, in vestitu sumptuosiore, quam  
pro Spartanâ consuetudine, iussissent civitate excedere,  
& domi suæ, aut ubi demum velleret, modò extra urbem  
suam, Milesiam exercere. Augustus etiam Cæsar habi-  
tum vestiturumque pristinum reducere studuit. Ac vi-  
sâ pro concione pullatorum turbâ, indignabundus & cla-  
mitans: En, ait, Romanos rerum dominos gentemque  
rogatam! Itaque negotium ædilibus dedit, ne quem  
posthac paterentur in foro circove nisi positus lacernis,  
rogatum consistere. Optima pudicitie custodia, vesti-  
tus honestas.

Epictetus, philosophorum longè clarissimus, & pæne Lib. 3. dis-  
dixerim, Christianus, eleganter prorsus cum juvene fert. cap. 1.  
confabulatus: O adolescens, inquit, quem vis pulchrum face-  
re? Cognosce prius quîs sis, ac tum te ornat. Homo es, hoc est,  
animal mortale, quod vîsîs cum ratione utitur. Ratio verò quid



est: quod natura sit congruenter ac perfectè. Quid ergo eximium habes? Animal? Non. Mortale? Non. Vt visis? Non. Rationem habes eximiam, hanc ornato & expolito; comam verò relinquit ei qui illam finxit, ut ipse voluit. Et ad capitis finem: Sed vide quid Socrates dicat omnium pulcherrimum & elegantissimum Alcibiadi: Dato, inquit, operam ut formosus sis. Quid ei dicit: Finge comam tuam, vesti tua nitorem adde. Absit. Sed ornato voluntatem tuam, malas opiniones abice. In hanc Epicteti sententiam præclare dixit Julianus Imperator: Turpe esse sapienti, cum animum habeat, captare laudes ex corpore. Quod si tantopere sericum, pigmenta, byssum, purpuram amemus, Tertullianum sequamur, qui, quâ ratione hæc in laudem venire possint, ingenuè docens: Vestire, inquit, vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpurâ pudicitie taliter pigmentati Deum habebitis amatorem. Nec est quod quis addubitet nitidas & numerosas vestes, ad animi profectum & ad cultum virtutis parum facere. Certum est enim vanitatis aut infirmitatis argumentum, Pluribus indigere. Proflus ad vivendum velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Cui pulchrum est corpus, & anima mala, bonam habet navim, sed malum gubernatorem.

Madurens.  
lib. 1. Apol.

## §. IV.

Sed vitis facile fucum invenimus, vel quod pejus est, sea quoque importuno patrocinio tueri non dubitamus. Passim responderi audias: Dives sum, nobilis sum, in magistratu sum, sponsus, coliviva, paranympus sum, sum juvenis. Quisquis demum sis, mi juvenis, homo es, lutum es; & ad te mihi nunc potissimum sermo, nec indignaberis, si cum præco pedestri Satyrico pauca ex te quaeram: Dic quaslo, quod spectant flexæ pectine comæ? melius flectitur pervaciâ: quod facies medicamine attrita? animus magis indiget: quod crines in fronte refugit, & in altum erecti? mens erigitur rectius: quid facit gemma in articulo? si nescis, in scriptis pulchriores sunt gemmæ quàm in digitis: quid tot fasciæ pedes implcant? facilius ferrent suum truncum absque his impedimentis. Aspice mihi mendiculum disparibus & malè confarctis centunculis semiamictum, & purulentam manum ad excipiendam stipem porrigentem. Squalent horrentque comæ, sine nitore vultus est, extant nuda & sole perusta membra; an ideo illum ex hominum cœtu exturbabis, velut extremum busti cadaver, velut primum vitæ dedecus, & solum Orci fastidium? Flecte oculos ad longa recto sæcula; primus homo investis & nudus stetit suo figulo, imò nudus non fuit, nam satis tectus est, quem tegit innocentia. Deinde sit nudus qui in ponte mendicat, an nescis tales nec à decem quidem palæstritis spoliari posse, & sæpe tantò minus vitiorum habere, quantò minus numorum? Adde, pares omnes nasci, pares mori, licet quod temporis intercurrat, in illis purpura fulgeat, gemma niteat, aurum splendeat, alios vix trita regat lacerna. Nemo tamen tam nudus fuit, tam vilibus tectus, quàm cum nasceretur; illud momentum æquavit omnes. De morte quid dicam? Omnium idem exitus & idem domicilium. Corpus hoc sub quacunque purpurâ sudaverit, arefcet in pulverem; sub quacunque gemmâ suspiraverit, tenuabitur in cinerem; sub quocunque odore fragraverit, in nidorem putoremque laxabitur. Nunc ergo beatos censebis illos, qui gemmâ bibunt, qui in ostro dormiunt, in argenteâ spondâ recumbunt, qui manus auro, cervicem monilibus onerant, qui delectantur catenis & vinculis, dummodo auro ligentur; nec putant onera esse si pretiosa sint, neque vincula esse putant, si in his thesauri coruscant? apud quos & gemmæ suæ habent pondera, & vestes suæ habent frigora; qui in gemmis sudant, in sericis algent, hos tu beatos dixeris? nil horum exterrit mortem. Tam certâ manâ hos rapit, quàm infimæ fortunæ mendiculos. Mors nec blandiri didicit, nec blanditias admittere.

Omnes pa-  
res nascun-  
tur & mori-  
untur.

Et omniū  
idē exitus  
& idem  
domiciliū.

Arbitro.

I Nunc, converte calamistro crines, vultum unguentis enubila, byssinis & hyacinthis lenis corpus amici, ventos ballamos post te trahere, & quaquâ incedis, vias imple, idem tamen gurgustiolum fortieris, quod hominum postremissimi. Sepulchra eorum, domus illorum in ater Plutarchum. Specus subterranea, ad corporis modulum angustissima, brevè tuum palatium erit. Et cæcæ, mi juvenis, quam bestiam ita colas comâque, cum corpus colis, comisque qualem in oculis vix feras, scædam serpenti. Nam audi Plutarchum & Plinium, quorum iste affirmare docet & medullâ quæ tergi spinâ clauditur in homine, serpenti enasci. Attende sis, caput integrum est Plinio recitabo. GERAR. Modò non longum sit. POL. En iterum te cepi. Hæc nostra legendi & audiendi patientia est; sæpe nauseamus, & damnamus antequam audire vel legere incipiamus. GERAR. Audio, mi Polychroni, audio, tu tantum recita. POLYCH. Vix sunt viginti voculæ; sic Plinius loquitur: Anguem ex medullâ hominis spinæ gigni, accepimus à multis. Pleraque enim oculi & cæcâ origine proveniunt, etiam in quadrupedum genere. Hoc totum caput est, & dignum spinæ scitu. Plutarchus verò in vitâ Cleomenis hæc habet: Cum comperisset Ptolemæus, Cleomenem suâ ipsius violentâ manu trucidatum, cadaver detractâ pelle in crucem sustolli jussit, & cum curâ custodiri. Ponuntur aliquot dies in hac custodia, animadvertunt tandem milites circa suspensi caput, miræ magnitudinis serpenti repere, & saginam sibi ex aedulis attrubus intrudere. Incessit regi Ptolemæo trepidatio, & cum eâ quoque superstitio, ne fortassis innocentem & humanâ sorte majorem in furcam extulerit. Alexandrini quoque ad supplicii locum confluent, & viperam illam per cada-veris caulas (ut loquitur Lucretius) liberè vagantem, curiosè spectant, Cleomenem heroem appellant, & Deorum filium. Sed erepta illis hæc mens est ab eruditibus aliquot viris, qui liquidò docuerunt, è putrescente bove apes, ex equo vespas, ex asino scarabæos, ex hominis medullâ serpentes progigni. En, quantos thesauros vestes contegant: an non meritò pretiosæ sint, quæ semen tam pretiosum, nempe viperinum convellant? Plutarcho & Plinio fidem vix negabis: sed alium doctorem & recentiorem.

## §. VI.

F Vit hoc nostro ævo nobilissimus juvenis, & qui Hyacinthus aliquis, aut Damocles haberi poterat, ob eximiam oris venustatem. At cum moriendum est, eximius nullus est; neque ille juvenum formosissimus cæcum furorem mortis tam eleganti & luculentum vultu à se abstinit; moriendum fuit. Hic locus inducitur nullus est: Venit ergo ad extrema in ipso ætatis flore, & dum nasceretur hæc rosa, consenuit. Adfunt cognati, lectum sepium, diversa plorant, precantur multa, illud tamen maximè, uti posteris vultus sui vel sic exhausti & pallescentis effigiem velint non invidere. Ita rogant omnes, hoc sibi monumentum relinquere non graveretur.

Surdus est ager ad has preces (uti olim ad similes fuisse dicitur Agelaus) hoc solam illis annuit, ut postquam plures dies cum matre suâ Terrâ fuerit, sepulchrum aperirent, & eam quam tum reperirent formam, penicillo excipi ac depingi curarent. Maluissent equidem cognati obsecrationem suam non repudiari, pondus tamen & momentum habuit apud illos hæc juvenis jussio, quia extrema. Faciunt ergo ut jussit, extinctum terræ inhumant, certòque dies, uti edixerat, expectant. Tandem urnam pandunt; sed heu quàm scædè mutatam offendunt! illam paulò antè venustissimam faciem certatim vermes lacerant, diaphragma seu dorsi spinam aliquot serpentes occupant; macellum dixisses è quo carnes



carnes emerent esurientes colubri. Horrent confanguine tanquam ad revelatam Persei parmam, & pæne lapideo frigore obrigescunt, nec jam vel oculis vel nari- bus vicinores esse sistent, & quia id morienti daris dextris promiserant, fidem verentur fallere. Pictorem ergo adducunt, qui juvenem non juvenem sed sepulchralem larvam depingat. Extat adhuc hodie in illustri Germaniæ loco lacrymanda hæc effigies, quæ ut ætatem ferret, saxo etiam incisa est.

Etiamnum dubitamus, cui impendamus servitium & cultum, cum corpus colimus? Sed amor corporis ad illam subinde dementia excrevit, ut malim perire, quam non servire corpori. Et ut lignum occulta teredo consumit, sic animum vitiat paulatim & exedit ignava & se unam contemplan luxuries. Hinc ad insaniam concupiscimus, quidquid corpori placet. Apud plerofque tandem piaculi loco est; corpori non in omnibus obsequi.

Sed antequam tertiam hanc vesperam claudamus, alter in alterius sinum, Gerarde, suaviter & candidè rem magnam confabulemur.

Equis est hodie, obsecro, qui cum insanientibus, non dico, insaniat, sed non insanierit aliquando? Contemplantur mihi hominem non exquisitissimè cultum, quantum tamen etiam iste in cultu exhibet inanitatem? Vide pileum è pilo canis Pontici, unà cum pilei cingulo sexcenties jam mutato: vide comam curiosè stru- ctam, barbam in peregrinos ritus attonsam, neque hic tamen ulla constantia: collare, oculorum fabula, innum- meris gaudet mutationibus, hoc solo venustum, quod nunquam idem, quod varium semper & mutabile: tho- rax suam patriam ignorat, nam in pluribus provinciis domi est: caligæ toties in novam formam transeunt, quoties hero suo delirare lubet. Et quid tibi, quæso, de ligulis videretur, quarum totus exercitus caligis illudit mi- ra ridiculæ elegantie vanitate. Ligularum harum ea lex est, ut solutæ caligis involtent, non adstrictæ. An hos ta- les, non dicas pueros, solutis ligulis jam paratos, ad exci- piendam betulam? Alicubi his caligarum ligulis præfi- gunt aurum, ut fures escam habeant cui insidientur: tin- tinabula iis commodissimè appendebantur, ad convo- candos spectatores. Gerarde, fateor, improbum votum hic mentem subit. Velim urbes illas plenas esse furibus, sed qui tantum has auro armatas ligulas, & si quid harū nugarum est, dextrè præscindant, arisuro utique Mer- curio. Sed post caligas tot ligulis non ligatas, sed pæne ad volatū paratas, etiam persicelides inspice, quæ modò ante genu dependent, jam ad latus, jam etiam post ge- nu in globum adstringuntur. De calceis nihil habeo dicere, cum pæne nullus illorum amplius sit usus, nisi inter pauperissimam plebem. Jam cothurnos gerunt viri faminaeque. Ignorū tibi esse haud potest novum cal- ceamenti genus, utrinque liberaliter fenestratum, & basi ligneolâ suffultum. Ita cothurnati jam incedimus, & calceos caprinos ostentamus. Non absurdè histrio- nes & mimos nos dixeris, ad agendam in scenâ fabu- lam conductos. Equis non hodie, aut Heraclitum in- duat oculis jugi fonte rorantibus, aut Democritus fiat petulanti splene cachinno? adeo multum ridiculi, mul- tum & lascivi habet vestitus noster.

In feminarum compitu res infinitæ observationis est. Ambitiosæ ligulae etiam per illarum capita jam serpunt, sed adstrictæ. Cetera quis narret? Illud cui risum non moveat? Olim collaria largiùs excurrentia filis ferreis aut argenteis fulciebantur, jam nescio quis fericus pa- ries à cervice in obliquum sese attollit, jam collo gerun- tur propugnacula, quibus structissimum collare quietâ statione recumbat.

GERAR. Ligulae fericae, quarum ante mentio, tam pervulgati moris & usus sunt, ut putem ad id avi nos pervicturos, quo etiam barba his vinculis illigetur.

Tom. I.

A Adeo namque hæc ligularum hæresis vestitum omnem occupavit, ut illum, velut arborem vermes, omni par- te perreperet. Caput, vitas, capillos, collaria insident. Olim in scortis colloibiis potissimum cernebantur, ab his in caligas, inde in calceos descenderunt. Ego cum tam multum superflua ostentationis cerno, illud Dio- genis animum subit: *Quantis non indigeo!* At miror, Polychroni, nil à te dictum de amylo glutinoso, quo collaria firmantur. POLYCH. Gerarde, nunquam di- cendi finis sit, si omnia vestitus vitia perstringenda. Per omnium gentium vestes imus, ut in uno Germano nunc gentes videas omnes. Hic in memoriam recurrit, quod ipse audiit ab eò qui candidum illud gluten collarium coquit. Affirmavit hic triplex amyli genus à se vendi: Libram unam amyli vilioris quinque sestertiis; libram selectioris sex aut septem sestertiis; libram optimi decem sestertiis esse venalem. Enimvero, ait, vilissimi ho- minum, quibus vix scissile indusium est, collaribus suis candefaciendis & firmandis amyllum emunt selectissi- mum, ditiores sæpe vilius. GERAR. Rem miram dicis, si veram. POLYCH. Verissimam. Et vide hic cacode- monis vastitatem. Ditiorebus ea vanitas non displiceret, sed nummis parcent. Tu jam cogita, quam largam ii dent stipem, qui etiam in his tam sordidi. Plerumque rectè dicitur: Quo ditior, hoc avarior. Deinde cum opulenti ut plurimum suas opes facient, satis vel hinc superbi sunt, nec opus eos à diabolo multum vellicari. At verò tenuiores, cum a nummis nequeant, à vestibus pretium sui parant. Vide, obsecro, mi Gerarde, quam nos variè cacodemon vinciat: opulentos avaritiâ, ege- nos superbiâ irretit. GERAR. An non leges vestitiarum sunt? POLYCH. Sunt, tam prisca quam novæ: sed quis eas observat? At fingamus his legibus religiose obtem- perari, nec ullius vestem esse holoférica, cui solùm pannus aut corium permissum, nihilominus gravissimè hic delinquitur. Nam etsi vestes non peccent materiâ, peccant tamen formâ, quæ plerumque vanissima, & om- nis honestatis ignara. Hic Rhodus, hic saltus. Interea nemo se reum fatetur. Sartor excusat, & sic dictari ait. Qui vestem dicat: Hoc, inquit, sartor curabit, quâ ra- tione me juvenem, me sponsum, me talem vestiat. Ita ra- utrimque palliata superbia est: Sed nostri suavoris & de- linquentis parem esse culpam.

Eò certè insanie prolapsi sumus, ut vestitus vix possit esse levior & magis ad lasciviam factus. Et quod pejus, tam pertinaciter his deliriis favemus, ut nec bella, nec pestem, nec annonæ caritatem multum curemus: ve- stitus nec minimâ quidem parte plus honestatem sap- pit. Quarimus nimirum, non quo involvamus, sed quo opes projiciamus. Usque adeo fortunas perdere pul- chrum est. Et quæso te, seminarum vestes intueri: quàm ea leves sunt & lascivæ! Calcei nivem amulantur, pal- la variè facta, colores refert operosissimos colorum; nativa omnia jam sordent: palliolum sædè curtum hu- meris injicitur, non ut tegat, sed ut ornet. Quamvis hoc ipsum jam aliud atque aliud. In nobilioribus feminis virorum nunc pallia cernuntur. Et quamdiu hoc? nu- per timè monstrum feminae viderat ea non ocreis tan- tum, sed & calcaribus, sed & pugione ad latus pendulo armata: pileum habebat ritu militari, cristis insignem. Tu si eam vidisses, aut Palladem, aut ipsam certe Mar- tem dixisses. Eam ætatem, Gerarde, vivimus, quâ viri paulatim feminæ fiunt, & veste, & crinibus, quâ & fe- minæ viros induunt, atque in urbibus ac pace majesta- tem spirant bellicam. Sic omnia invertimus. Profecto vestium luxur inter Christianos nimium invaluit. Sed num ignoramus, à nobis non solùm corpus castum, sed & castum animum castasque cogitationes postulari? Hæc leges Evangelii sunt. At verò vestitus tam lascivus his legibus aperte contradicit. Libidinis negotium fide- liter curat hæc vestium insolentia.

O o 3

Verum,



Verum, ut dixi, qui se reum fateatur, nullus est. Difficile nobis videtur consuetudinem evertere; quod usitatum ac receptum est, sequimur, \* ne contra morem agamus. Hoc fuso culpam prætexitur. Heu quam non speranda est emendatio, ubi vitia in mores transfundunt!

In memoriam hic venit apologus de equo & equifone. Equifone non tantum Hipponæ, sed Mercurii quoque scholam triverat, & ex arte poterat furari: itaque avenam quotidie subtrahebat equo, eamque vendebat. Nihilominus equum solerter curare, accuratè calcare, sternere, strigilare, infrenare, atque ita credere avenam tam fideli operâ restitutam, & equum non minus obesum ac nitidum fore, quam si bonâ fide avena ei preberetur. Hoc autem equus indignari, & equifonem suum audacter alloqui: Heus tu, agebat, bona strigilis & mala pascio, non commendant equum: Si me vis corpusculum, avenam in posterum ne subtrahes. Da mihi quod meum est, & tu quod tuum est cura, sic utrimque melius habebimus.

Modo prorsus simillimo & nos agimus, quo ille furacissimus equifone. Corpus lavamus, unguimus, ornamus & polimus; tanto tempore vestes induimus, tanto capillos struimus, tanto stolam fundimus & eutem fingimus, tanto speculum consulimus, & collum demulcemus, tanto alia corporis ornamenta disponimus, ut scilicet è capsulâ & speculo prodeamus. Atque in his omnibus libidini egregè ancillamur, & tanquam suspensâ hederâ venalem castimoniam prodimus. Ah, nec dimidium quidem curarum & laboris animo impenditur. O furaces equifones! hoc est avenam equo sublegere, omnem pene curam & laborem impendere corpori, huic dies & annos consecrare.

Terentius. — noster mores mulierum:

Dum moluntur, dum comuntur, annus est.

Hæc sunt, & quis se reum fateatur? Negari tamen ceterè non potest, libidinem & lasciviam hoc corporis ornatu strenuè promoveri. O Munde immunde quam multa numeras mancipia, cum interim vix ullus sit qui se tuum fateatur esse mancipium.

O Christiani, si vultis ut optima pars vestri non pereat, non tantum ad strigiles & phaleras equi, sed ad pabulum quoque attendite; non exteriora solum, sed animum curate, & hunc maxime. Corpus bene vestire, bene pascere, animi vix ullam curam gerere, quid aliud est quam equum studiosè fricare, & iniquè pabulo privare. Inanis fatuusque cultus est purpurâ fulgere, mente fordescere. Et indignum prorsus, tot horas his vilibus dare. Animi moderati, serii, sedati ac compositi signa è modesto ac moderato cultu elicimus. Ita ferè quod quisque prudentior ac maturior, hoc in veste modestior. Beatos nos, si tantum venerationis, temporis, sudoris in Deum conferamus, quantum in hanc vestium nimiam religiositatem. Ah, ubi in Christiano nomine Christiana facta?

Eberhardus  
Barbatus.

Aliter Eberhardus Sueviæ dux, qui æternam sui memoriam ad posterum consecravat, laudabili vestitus fragilitate. Venerat ad eum juvenis sacerdotium impetraturus. Fortè huic candidato ventus talarem vestem aperiens, ita reserat, ut princeps caligas ritu militari scissas videret. Qui illico, ut erat morum ac disciplinæ acerrimus vindex, hominem jubens facessere: Tu, inquit, militem agis, & sacerdotium ambis? Tua te vestis prodit, quam malè cultus tibi sit animus: abi, nil impetras. Nimirum iudex animi vestis, & de moribus pronuntiat habitus. Ubi videris in nitore supra mediocritatem curiosum, & quasi ad fastidium elegantem, totum pene animum in vestem defluxisse cogita; alibi ne quere.

Proximo  
cap. 10.

Hoc tam multiplex luxur choragium innumera infert damna, ut jam demonstravimus. Rem hic in compendium conferam. Vestitus ad hujus ævi molliorem

A factus, Castimoniam, Tempus, Pecuniam occultis, sed maximis viribus suffragatur, & ubique spargit nequitia femina. De Castimoniâ res in aperto est: ad libidinem sæpe potentius invitat petulantia adsciticia politura, quam præstantia formæ; imò hæc sine illa quandoque spernitur. Ita lascivie negotium maxime agit oculis blandiens vestitus. De Tempore quid controverti? Ille omnium minime temporis parvus est, qui sui corporis servus est. Horæ integræ in otiosissimos hos labores infumuntur, nec id in damno ponitur, quod longè damnosissimum est. Quisquis horam aufert vel unicam, nil dignum tanto impendio redditurus est. Pecuniam variis meatibus illic diffuere, ubi vestium luxur in pretio est, nemo non experitur. Mihi nuper maxime urbis patricius ingenuè fassus est, se suboque cives occultâ, sed ambitiosâ paupertate incredibiliter laborare, atque si cui civium etiam primariorum mille antea florenti fuissent, jam nec centenos superesse. Hic ego interpellans: Quod ergo, inquam, omne aurum diffuit? Non in mentas primas, nec secundas, respondit ille, sed in arcas vestiarias: quamquam & convivia apud nos olim & rariora fuerint, & frugaliora. Tanti est vestiri. Hæc nostra est patientia, ne luxur decreseat, patimur decrescere divitias.

Sed num scire cupis, Gerarde, quid Christianos Hierosolymis, quibus olim portebantur, eiecerit? Compendio dicam. Princeps Saracenus, Admisaldum vocant, in Christianis humanissimus, Canonico Trajedeni Guilielmo quondam narravit, Christianorum leges inde sibi notas, quod puer educatus esset Hierosolymis, in eâ tamen urbe mores tunc viguisse corruptissimos: Gulæ & Luxuriæ cognatis vitiis neminem non deditum, vestitus verò insolentiam fuisse tantam, ut verbis æquari vix posset, tam variè & formâ, & colore, & pretio exorbitatum. Quantum istud me offendere, agebat, vestes meæ pro me dicent. Ex profecto nec auro nec serico virgatæ, sine plicis, sine artificiosis futuris, nihil curiositatis aut artis præferebant. Addidit: Ecce, hæc illa sunt vitia, ob quæ Deus Palaestinam Christianis denuo ereptam aliis commiserit. Ita nos non tam nostris viribus vos illinc eiecimus, quam vestris vitiis. Hæc Canonici ille Trajedenensis Guilielmus, qui postea sacra Cisterciensium familiæ se adjunxit, fidei narratione aperuit.

En, Gerarde, etiam ab hostibus nostris sapere docemur, modò sint qui discere non reculent. At nos, post clades etiam nostras, cladum causas amamus, tam aliè nobis hæret inepta & misera vanitas. Pedit ligneo in aureâ crepidâ, ut verbum est, simillimi sumus.

Fuit in Asia vir opulentus, cui calamitoso casu, cum per nives iter faceret, putrefactus frigore uterque pes deperit. Ille tam miserabilem fortunam expertus, ut infelicitatem suam solaretur, mutilo corpori aptavit pedes ligneos, quos & calceis texit: ipse famulus innoxius novo sed agro incessu sese inferebat. Ubi hoc insuper ridiculum comminiscabatur, ut crepidas pulcherrimas semper & novas haberet, quibus scilicet speciosam faceret miseriam suam. O nobilem compositionem! *Pes ligneus in aureâ crepidâ*. Istud nos felicissimè æmulamur: Miseriarum, vitiarum, ignorantiarum scatemus, claudâ mente & sensibus ficulneis sumus, planè *pedes lignei*: vestibus tamen, supellectile, libris, ac ædibus speciosis studemus enitere. Nimirum, ut magis conspicua sit nostra infamia, & miseria speciosior, liber cum ratione intanire. Ita humanæ stultitiæ præclarum stat trophæum & symbolum, *Pes ligneus in aureâ crepidâ*. Quid tu ad hæc, Gerarde?

#### §. VII.

GERAR. Tot ictus infers, Polychroni, ut vel superbissimam quercum dejeceris. Tam à me quam ab aliis



aliis emendationem spera. POLYCH. Si modò sperare liceat constantem. Mores nostros nosti, Aprilis dies imitatur, quorum sæpe serenus ortus, occasus pluvius: id jam supra demonstravimus, de Conscientiæ & Celitum cultu. Sed omnibus horis dicendum est, quod nunquam satis dici potest. Nimirum flexibiles sunt hominum voluntates, instabiles nimirum mobilesq; Leviter incipimus, variè imus, inconstanter progredimur, dissimuliter finimus. Volatilius est sæpe conatus noster, qui à seipso brevi desciscit. Itaque assiduissimè ingerendum nobis est illud: **CONSTANTER.**

Hominis inconstantia in bono proposito. *Phil. iii. 11. cap. 2. mol.*

Fons est in Idumæa, ut refert Isidorus, qui et in anno mutat colorem. Parum est hoc nostræ inconstantia, ter in hebdomade, subinde ter in die sincerum virtutis colorem mutamus, sicut lacus ille qui apud Troglodytas esse dicitur, ob maleficam vim infans appellatus. Hic ter de die fit amarus salisq; ac deinde dulcis, totiesque noctu etiam mutat, sciatque albis serpentibus vicentium cubitorum. Ab hujus aquæ genio non multum dissident mores nostri, qui tam inequali motu feruntur, ut jam blandi, jam asperi, aliquando profusi, mōx sordidi sumus, jam vehementer amemus, jam supra modum oderimus, nunc sanctimoniam induamus, jam toti prolubamur in vitium; omnis dies, omnis hora nos mutat. Sed non est quod hujus rei culpam aut diabolo impingamus, aut Mundo. Nemini alterius vitio mali sumus, sed nostro. Illud Spartani dictum mihi etiam nunc semper in animo hæret: Athenienses scire equidem que recta essent, sed nolle facere. Atheniensium nos profusè simillimi sumus, quæ agenda sint, exactè scimus, sed agere ea nolumus: *Noluit intelligere ut bene ageret.* Ignorantiam culpæ prætexere non possumus, cum ignorantia voluntaria laboremus: voluntariè ignorat, qui discenda discere non curat, aut si quæ rectè didici, didicisse malè dissimulat. Atque his quidem decerum est non bene agere, sed modò hunc, modò illum voluntatis impetum sequi. Ut Chameleon, quoniam aurâ (ut ajunt) non cibo vescitur, hianti semper est ore: sic illi variatum cupiditatum vento inflantur, hoc volunt, hoc nolunt: hoc hodie spernunt, cras appetunt. Et ut rami aut tigilla quæ fluminibus innatant, temerè impingunt in hanc illamve partem: ita nos variè fluctuamus, & sæpe nec icti sapimus, vel bestiiis magis exordes. Memini me legere, viro nobili in aulâ Wirtenbergeni canem fuisse, qui ubi vel semel tantum ab aulicis canibus malè acceptus est, injuriæ damniq; memor, deinceps herum suum ad vestibulum tantum arcis aulicæ comitatus est, & mox domum se recepit in tutum. Observavit dominus sui canis tam circumspèctum obsequium, & Verè, inquit, meus canis plus me sapit: ego in aulâ toties pessimè habitus, in dies tamen usque redeo.

Et nos quoque, moniti toties, rogati, castigati toties in eisdem iterum culpas impingimus, frequenter gravius quàm antè, & mentitur iniquitas sibi. Ita sit subinde ut ad aliquam habitus sobrietatem nos componamus, corporisq; detrahamus superflua. Et quamdiu hoc? dum nos poeniteat fuisse hac in re sobrios & frugales. Tunc autem ejusmodi poenitentia obnoxii sumus, cum videmus aliis non eandem in veste modestiam placere, cum vergimus ne minus opulenti, aut parci sordidius habeamur. Sic nostra probitas ad aliorum oculos se fingit, ad sermones aliorum huc illuc se vertit, & quod erat, esse desinit; sic modo palliati, modò rogati, frugi sumus & graves, & modò prodigi & vani: mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus quam exitimus, planè multiformes sumus. Magnam rem puta, unum hominem agere. Male mentis indicium est hæc fluctuatio, ac inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua jactatio. Vsq; quo claudicatis in duas partes (clamat Elias) si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Quid ora hominum pavemus, quid mortalium oculos

A reformidamus, si Deus Dominus noster, si modestia in cultu placet, cur Deum offendere, modestiam abjicere non veremur? Divi Bernardi foror, hac in re animo fuit planè non femineo. Fortiter incipit, constanter persequitur: sed quia compior erat quàm fratris oculis probari poterat, ab aditu monasterii repellebatur. Hanc illa injuriam mitius ferens, fratri renunciari jussit, si delinquentem rejiceret, saltem admitteret corrigi volentem. Admissa est. Hic ei Bernardus gravissimis verbis, & in os, illum vestium luxum & vanissimum lenocinium objecit: Christianæ femina non esse, corpus brevè in putredinem iturum sic perornare. Profuat illi hæc audisse, nec distulit ad frugem se corrigere: mox pretiosam vestem, mitras, armillas, monilia, inanes, vitras, speculum, discerniculum, anulos, gemmas, & omnem mundum exilio damnavit æterno, jussitq; Pompam & Voluptatem res sibi suas habere, ipsa Domino deinceps servitura. Modestiam quam cepit, hanc & finit. Non languidè ad virtutis difficultatem exurgendum, alacriter incumbendum est inchoatis. Vera modestia non tam principium invenisse gaudet, quàm finem addidisse: in extremo actu non corrumpit, ulque ad Plaudite perisistit, à carceribus ad meram decurrit.

## §. VIII.

A T nos, ô arundinis vento agitata, ô homines mollibus vestitos! quibus tunc demum modestia in cultu placere incipit, cum nuni in fundo suspirant, imò sæpe ne tunc quidem. Nam multis suavius est nomina contrahere, quàm aliquid pompæ vestium detrachere. O Jordanis accola, ô Joannes Baptista! quàm constanter rigidissimam tui vestitus modestiam, ad ultimum vitæ actum retinuisse cameli pellem, non putredine purâ, non serico unquam emutasti. Nos verò indociles discipuli, nec monita sequimur magistri, nec exempla: annis & sæculis in eadem classe hæremus, aut si paululum promovimus, mox ad eandem recurrimus.

Cleobulus in convivio septem sapientum appositè narrans apologum: Luna, inquit, à matre petiit, tunicam sibi suisq; annis convenientem texeret. Cui mater: Et quâ ratione id possim, ô mea filia, cum te modò grandem & obesam, modò gracilem & perparvam videam? mutabilitatem ejura, & vestem à me spera. Lunæ nos germani fratres sumus, & jam decentem in veste modestiam sapimus, jam pompam & fastum spiramus, frequenter in hoc etiam expiramus. Indubiè, Gerarde, nosti, quem exitum sortita sit nobilissima illa Campaniæ Comitissa, Maria Ludovici Pii Galliarum regis filia, sed moribus non perinde similis parenti. Hæc, licet Thom. Cantuaria, nihilominus ambitiosissimum corpori cultum impetrasset, non desinebat, dum mors pulsaret fores, & irrueret importuna. Jam ergo moribunda Persaniæ abbatem acciri jussit, cui conscientiam aperiret, verum cum ille advenisset, illa jam è vitâ discesserat. Neque hic morati famuli, rerum suarum quisque satagebat, hic vestem, hic vasa, ille culcitras, iste tapetia diripuit. Sed nec mortuæ parsum est. Nam infimæ sortis homo, dominæ suæ cadaver lecto evolutum, in terram primum ejecit, & sibi linteamina in spoliū rapuit. Admissus demum abbas in defunctæ conclave, ubi miserabile hoc spectaculum vidit, & corpus illud, cultissimum olim, jam malè operum & abjectum humi reperit, exclamavit: Venite, cernite nobilissimæ Comitissæ pompam: En, hic rerum humanarum exitus, hæc fides est fallacium voluptatum, hanc habent clausulam mortalium triumphi. O vanitas, ô ludibrium! Ita, mi Gerarde, ita qui hodie florent, in autumno suo decedunt, & fortassis etiam calcabuntur. Viderit, quem juvat de carne gloriari.



**G**ERAR. Licetne interrompere? huic non absimilem eventum nuperimè mihi recitari audii. **POLYCH.** Dic liberrimè. **GERAR.** Camberia in provincia Lugdunensi, anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo, matrona nobilis, amœniore cultu, quàm decebat, delectabatur dum viveret. Admonebat eam frequenter sacerdos, qui ei à confessionibus fuit, meliori daret operam ornatui, quo placeret non humanis oculis, sed Deo. Illa, ut erat ingenio liberior, sermum sermonem familiari joco eludens, solebat rogare, corporis colendi curam sibi relinqueret, aliud nunc ævum, alios esse mores: sciret, & sibi, animi sui salutem cordi esse, quare hoc unum potiùs orare, ut in extremo vitæ tempore adesset morienti. Sacerdos, adfuturum se recepit, si quidè ullo modo posset. Et verò etiam adfuit, sed illa sibimet non satis aderat, nam morbus miseræ audiendi usum abstulit. Ita æquo Dei judicio factum videtur, ut quæ salutaria sacerdotis monita noluit audire cum potuit, nec audire quidem posset, cum velle debuit. **POLYCH.** Igitur, ut audio, mortua est furda & tacens, sed nunc etiam vivit exemplo & inclamat imitatores ac imitatrices, ut sint in cultu moderatiores.

Quin ergo ista contemnimus, propter quæ vulgus insanit? Satis parvum corpus, reddamus nos tandem in disciplinam virtuti. Præclarè Romanus sapiens: *Fateor, inquit, insitam esse nobis corporis nostri caritatem; fateor nos hujus gerere tutelam, nec nego indulgendum illi, servendum nego. Multis enim serviet qui corpori servit, qui pro illo nimium timeret, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. Hujus nos nimis amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliis obicit. Et hoc ipsum tam vere quàm sapienter in hac verba consignat: Hæc est enim ei vile est, cui corpus nimis carum est. Et sicut plerumque quorum corpora in saginâ, eorum animi in macie & veterno sunt, sic etiam quorum curæ adeo fervent in colendo corpore, horum in ornando animo studium fere nullum est. Ut catuli ad venandum inepti sunt, qui saltare & ejusmodi delicias norunt: sic ad exer-*

*Sen. epist. 14. & 88. Tutelam corporis homo gerere debet, sed non ei servire.*

*A* citia magis seria & sacra parum apti, qui in curiosiore sui cultu operam ponunt. *Simplici curâ constant necessaria, in deliciis laboratur: sed labore non vano tantum, sed & noxio.*

*Dionysius olim rex Siculus, Archidami filias multo pretii veste donavit. Quas tamen Archidamus modeste recusans aiebat: Vereri se ne suæ filiarum tam insolenti amictu turpes videantur. Intellexit vir prudens virgines nullo cultu melius ornari quàm simplici. Sanè ut luxu vestium animum parum sobrium arguit, sic spectatores ad libidinem suavi fallaciâ invitat ac pertrahit. Deceat autem ut homo castitatis amans & virgo, undique virgo sit, nec ullâ ex parte significationem det corrupte mentis. Cur ergo vitiis jam ante in nos grassantibus subsidium feramus, labore tam sumptuoso? Optimè dixisse mihi videtur Musonius, qui eodem modo utendum esse aiebat veste, quo armis, nimirum tutando corpori, non ostentando. Sicut igitur ea optima sunt arma quæ firmissima, non quæ nitidissima: sic optimus est amictus, qui corpori commodissimus, non qui splendidissimus, aut qui spectantium oculos in se rapiat, sed qui severitatem redoleat, qui pudicitiam testetur.*

*Quid ergo vani agimus, quid corpori, hosti nostro, splendorem quaerimus tot sumptibus? quid ingeniosi sumus in perniciem nostram? Deum culpâ offendimus, hominibus exemplo nocemus, egenos subsidiis fraudamus, rem familiarem frangimus, tempus pretiosissimum, irrecuperabile dilapidamus. Apagè mihi hanc pestem, si aliter placere aliis nequeam, nisi displiceam Deo, malo displicere omnibus, ut uni placeam Deo. Gerarde, sanctè potiùs quàm scitè vestiri velimus, & ut Augustinus loquitur, non affectemus vestibus placere, sed moribus.*

*Et hæc de cultu Conscientiæ, Calicum, Corporis dicta sint. Triplex funiculus est ruptus difficilis. Hæc trias mihi vili est inseparabilis. Calicum cultus illic exiguus est, ubi nullus est cultus conscientiæ vel animi, & multus corporis. Qui corpus tam studiosè colit, conscientiam profecto negligit; porro qui conscientiam silvescentem habet & incultam, quomodo colet Calices? Ergo, mi optime Gerarde, ut non negligamus conscientiam, minus colamus corpus, & plus Calices.*

Trismegisti Christiani finis.



RECTA